# Q. ASCONII PEDIANI

## COMMENTARII

H. Carr, C.

SPECIMEN

H. Carr, C.S.B.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/qasconiipediani00asco

# SCRIPTORUM CLASSICORUM
# BIBLIOTHECA OXONIENSIS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HENRICUM FROWDE

# Q. ASCONII PEDIANI

## ORATIONVM CICERONIS QVINQVE ENARRATIO

RECOGNOVIT
BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

ALBERTVS CVRTIS CLARK

COLLEGII REGINAE SOCIVS

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

SEP 21 1934
7060

*OXONII*
*Excudebat Horatius Hart*
*Typographus academicus*

# PRAEFATIO

De Asconii vita et fontibus, cum omnia iam vulgata sint, dicere supersedissem, nisi vererer ne quereretur nescio quis lector se subsidiis tralaticiis destitutum esse. Quod si eos tantum alloquerer quibus praesto est editio Berolinensis xxx abhinc annos ab A. Kiessling et R. Schoell egregie curata,[1] poteram his omissis de codicis Matritensis inventione, quae huius libri causa est, statim disserere.

Patavii se natum esse ipse profitetur Asconius,[2] qui in Corneliana Livium 'nostrum' appellat (p. 77. 5): domi nobilem fuisse declarant Silii de proavo eius versus

*iuvenis Pedianus in armis*
*Bella agitabat atrox, Troianaque semina et ortus*
*Atque Antenorea sese de stirpe ferebat.*

Punica xii. 212–14.

Hunc non bello tantum sed litteris floruisse dicit poeta

*seu bella cieret*
*Seu musas placidas doctaeque silentia vitae*
*Mallet et Aonio plectro mulcere labores,*
*Non ullum dixere parem; nec notior alter*
*Gradivo iuvenis nec Phoebo notior alter.*

ib. 218–22.

Ex ipso etiam Asconio testimonium de horum commentariorum aetate lucramur, qui in Scauriana Caecinam Largum, qui consul cum Claudio fuerit, Scauri domum possidere dicat (p. 27. 4–5): quae verba non nisi mortuo Claudio,

[1] Berolini apud Weidmannos, MDCCCLXXV.
[2] Cf. C. I. L. V. 2820, 2829, 2848, 2899, 2937.

superstite adhuc Caecina, dici satis constat. Cum igitur A.D. 54 Claudius veneno interemptus sit, Caecina autem, qui Frater Arvalis erat, huius sodalitatis sacris ab A.D. 38 ad A.D. 54 assidue interfuerit, sacrificiis A.D. 57 ob Neronis imperium factis non adfuerit[1] neque postea eius nomen in his fastis appareat, eum iam supremum diem obiisse colligendum est. Asconium igitur hanc adnotationem inter annos 54 et 57 scripsisse statuunt editores Berolinenses.

## TESTIMONIA

I. de aetate Asconii.

(a) *Q. Asconius Pedianus scribtor historicus clarus habetur qui* LXXIII *aetatis suae anno captus luminibus* XII *postea annis in summo omnium honore consenescit.* Hieronymus *ad annum Abrahae* 2092, i.e. A.D. 76 (=Suetonius de viris illustribus *ed.* Reifferscheid, p. 92).

Madvigius quidem annum quo oculis captus est Asconius his verbis significari arbitrabatur, quo mortuus est contendit Wissowa.[2] Haec mihi opinio probabilior videtur, cum in his testimoniis annum quo quisque perfunctus fato est Suetonius ponere soleat. Sit igitur Asconius anno ante Christum 9 natus, A.D. 64 oculis captus, A.D. 76 mortuus. Hoc cum testimonio sequenti de eius cum Livio, qui A.D. 17 obiit, consuetudine optime quadrabit.

(b) *'Sibe' et 'quase' scriptum in multorum libris est, sed an hoc voluerint auctores nescio: T. Livium ita his usum ex Pediano comperi, qui et ipse eum sequebatur.* Quintil. i. 7. 24.

(c) Ὑπάτω δὲ ἤστην Ἰούνιος Βλαῖσος καὶ Λεύκιος· ὁ τοίνυν Βλαῖσος ἐπὶ τὴν θοίνην κληθεὶς οἷον ἐφολκίδα ἄκλητον ἐπάγεται

[1] Henzen, Acta Fratrum Arvalium, pp. XLIV, XLVI, XLVII, XLIX, LI, LV, LIX, LXIV.

[2] Pauly-Wissowa, Real-Encyclopädie, in Asconii vita.

Ἀσκώνιον Πεδιανόν. ἐξῆν γὰρ καὶ ἐπικλήτους οἱονεὶ σκιὰς ἑαυτοῖς παρακαλεῖν τινας καὶ ἔδει τὸν Ἀπίκιον καὶ φίλοις καὶ ἀγνῶσι τὴν οὐσίαν ῥίπτειν τὴν ἑαυτοῦ. πέπυσμαι δὴ ἐν τῷδε τῷ συνδείπνῳ γενέσθαι καὶ Ἰσίδωρον ὄνομα τῶν ἐκ παλαίστρας κατατριβέντων, ἄνδρα παλαιὸν μὲν ἤδη καὶ πολὺν τῷ χρόνῳ, ἕν τε καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονότα, εὐπαγῆ δὲ καὶ εὐμελῆ καὶ βαθὺν μὲν τὰς πλευράς, γενναῖον δὲ τὼ βραχίονε καὶ τὼ χεῖρε ἄκρω, βλέπειν τε ὀξὺν καὶ ἀκούειν ῥᾷστα, ὡς μὴ ἂν πιστεύειν πέρα ξ′ ἐτῶν εἶναι αὐτόν . . . γέροντες δὴ ἄλλοι τε ἔλεγον ἐπὶ τέχνῃ παλαιστρικῇ καὶ μέντοι καὶ Ἰούνιος. καὶ ὅτε ταῦτα ἔλεγεν ἔτη γεγονέναι ἑξήκοντά φασιν. Suidas, *s. v.* Ἀπίκιος.

A. D. 28 consul cum L. Antistio Vetere fuit Q. Iunius Blaesus, eius Blaesi qui A. D. 10 consulatum gessit filius. Qui cum eo anno sexagenarius esse non potuerit, optime coniicit E. Klebs[1] Blaesum patrem eidem convivio interfuisse et hunc sermonem habuisse.

(d) *Asconius Pedianus a Gallo audivisse se refert hanc eclogam in honorem eius factam.* Servius *ad Ecl.* iv. 11.

C. Asinius Gallus A. D. 33 cibi egestate peremptus est. Tac. *Ann.* vi. 23.

Restat aliud testimonium apertissime falsum.

(e) *Item Asconius Pedianus ait se audisse Vergilium dicentem in hoc loco se grammaticis crucem fixisse: quaesituros eos si quid studiosius occultaretur. Dicit autem poeta Coelium Mantuanum.* Philargyrius et Scholiasta Bernensis *ad Ecl.* iii. 106.

Anno 19 ante Christum Asconio nondum nato Vergilius supremum diem obiit.

2. de his commentariis.

(a) *Orationum Ciceronis velut thema ipse exponens Pedianus* '*Argumentum*' *inquit* '*tale est*'. Quintil. v. 10. 9.

(b) *In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus*

[1] apud Wissowam.



PA 6220 .A3

*Asconius animadvertit quod eum scripserit sexto vicesimo aetatis anno pro Sex. Roscio dixisse.* Aulus Gellius xv. 28.

3. de libro quem scripsit contra Vergilii obtrectatores.

(a) *Asconius Pedianus libro quem contra Vergilii obtrectatores scripsit pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere et quod pleraque ab Homero sumpsisset, sed hoc ipsum crimen sic defendere assuetum ait, 'Cur non illi quoque eadem furta temptarent? verum intellecturos facilius esse Herculi clavam quam Homero versum subripere.'* Donati vita Vergilii, p. 66, ed. Reifferscheid (cf. Macrob. v. 3. 16).

(b) *Vulgatum est consuesse eum et cum Plotia Hieria. Sed Asconius Pedianus affirmat ipsam postea maiorem natu narrare solitam invitatum quidem a Vario ad communionem sui verum pertinacissime recusasse.* id. p. 57.

(c) *Nec mirandum quod infra se senem dicit cum certum sit eum, ut Asconius Pedianus dicit,* XXVIII *annos natum Bucolica edidisse.* Probus p. 7 (Keil).

4. de vita Sallustii ab Asconio narrata.

*Sallustius enim Crispus in Faustae filiae Sullae adulterio deprehensus ab Annio Milone flagellis caesus esse dicitur, quem Asconius Pedianus in vita eius significat.* Pseud. Acron ad Hor. Sat. I. 2. 41.

5. de longaevorum laude ab Asconio celebrata (*cf.* I. *c*).

*Sammulam quoque centum decem annis vixisse auctor est Pedianus Asconius.* Plin. *Nat. Hist.* vii. 159.

Hos commentarios se in filiorum usum qui senatoriam XXV annorum aetatem nondum attigerant confecisse ipse testatur Asconius: Romaene an Patavii scripserit non liquet. A Roma recessisse eum quidam putant cum de domus Scaurianae situ, de Basili monumento, tamquam de rebus parum notis, disserat (pp. 27. 1, 50. 7). Cum sese aliquid non numquam 'nondum invenisse' fateatur (pp. 7. 26, 10. 19, 48. 5 et 23, 92. 3) eum ab his quaestioni-

bus non cessavisse sed discendo insenuisse manifestum est. Fontes, quorum mentionem facit, hi sunt.

(1) Acta Divrna, quae summa cura se evolvisse identidem testatur (19. 4, 31. 13, 44. 9, 13, 46. 26, 49. 7).

(2) Cicero ipse, cuius opera quaedam deperdita, ut vulgata praeteream, citat, velut causarum eius Commentarios (87. 11), quos a Tirone editos esse Quintilianus dicit; Expositionem Consiliorum arcanorum (83. 22. *Cf.* Dio Cassius xxxix. 10 *βιβλίον ἀπόρρητον συνέθηκε καὶ ἐπέγραψεν αὐτῷ ὡς καὶ περὶ τῶν ἑαυτοῦ βουλευμάτων ἀπολογισμόν τινα ἔχοντι*); Orationem quae pro Milone vere habita est et per librarios excepta (42. 2). Vita etiam Ciceronis a Tirone conscripta ei praesto erat (48. 25). Epistularum ad Atticum datarum copiam habuisse non videtur, qui cum de Catilinae defensione quam Cicero facere cogitabat disputet (85. 13, 87. 9) de testimonio quod in Att. 1. 2 continetur omnino sileat. Hos quidem libros Nepos viderat, sed ab iis 'qui in vulgus sunt editi' (Vita Attici 16) discernit, primus laudat Seneca (Epp. 97. 6): anno fere 60 A.D. ab Attici heredibus tandem prolatos viri docti iure colligunt.

(3) Rervm Scriptores.

Antias (13. 8, 69. 21). Atticus (13. 18, 77. 4). Fenestella, quem non numquam reprehendit (5. 8, 31. 14, 85. 13, 86. 16. *Cf.* 1. 6, et Gellium xv. 28). Hyginus de viris claris (13. 13). Livius (66. 23, 77. 4). Punici belli scriptores (3. 2). Sallustius (66. 23). Tuditanus (77. 4). Varro de vita populi Romani (13. 19).

(4) Orationes.

Bruti pro Milone quam composuit et edidit quasi egisset (41. 11). Caesaris in Dolabellam (26. 14). Cominii in Cornelium (61. 24). Lucceii in Catilinam (92. 2). A veris suppositicias secernit, velut orationes non a Catilina et

Antonio sed ab Ciceronis obtrectatoribus scriptas, quas ignorare satius sit (94. 1).

(5) Poetae.

Accius (16. 18). C. Iulii Caesaris (aed. cur. *a. C.* 90) tragoediae (25. 13). Calvus (93. 22). Philodemus (16. 12).

Fuit igitur Asconius noster non scholiasta sed, ut cum Suetonio loquar, vir historicus, qui interdum minimis in rebus, velut quo die quaevis res facta sit (31. 12–15), quis fuerit qui aliquid dixerit, se exercere non indignabatur.[1] Inter pretiosissima igitur antiquitatis monumenta hi commentarii numerandi sunt, qui utinam aliquanto pleniores essent. Nam ex his ipsis quae servata sunt fragmentis et ex Gellii (xv. 28) testimonio commentariorum particulam tantum superfuisse manifestum est. Editores Berolinenses quidem ex Asconii verbis se de re vel homine iam dixisse affirmantis sedecim alias orationes enarrasse contendunt: quibus addendas esse eas quas tractavit Scholiasta Bobiensis iure suspicantur, cum is in Miloniana Asconio usus esse videatur.[2] Accedent etiam Verrinae, si recta est Madvigii suspicio qui scholiorum Sangallensium, de quibus mox dicendum, auctorem bonae frugis aliquid ex Asconii commentario deperdito mutuatum esse opinatur.[3] De plurimis igitur orationibus Tullianis, fortasse de omnibus, veri simile est scripsisse Asconium: commentarios secundum consules instructos fuisse, non hoc praepostero ordine quo nunc leguntur satis constat, cum in initio earum quae supersunt expositionum quibus consulibus oratio dicta sit admonere soleat.

Aetatem tulit Asconius in uno codice Sangallensi lacero et

[1] Aureliae Orestillae nomen eum ignoravisse (92. 2) mirum est. Videlicet de Sallustii vita nondum scripserat.

[2] 'Ipsius mihi Asconii verba subinde audire videor', Madvig, de Ascon. Ped. p. 150.

[3] ib. p. 112.

decurtato, situ atque omni iniuria temporum foedatus, ei affixus et conglutinatus erat, quod contubernium pro indignitatis cumulo habendum est, Scholiasta quidam quinti fere saeculi, scholiorum in Verrinas auctor, qui non numquam ad 'veteres' vel 'antiquos' provocat, qui corrupto Ciceronis codice utebatur, qui, ut Madvigii verbis utar, 'non historicus est, sed rhetoricus et grammaticus, in vocum sententiarumque facillimarum rerum notissimarum enarratione positus, saepe puerilis, errorum et ineptiarum plenus.'[1] Simili ratione Itali saeculo xv solebant Antonii Luschi et Xichonis Polentoni commentarios cum Asconianis iungere. Codex erat, ut videtur, saeculi noni, foliorum orae certis in locis aut avulsae erant aut a tineis comesae. E lacunarum ratione codicis imaginem repraesentare subtilissime conantur editores Berolinenses, qui 'Asconiana quae supersint codicem exhibuisse quadraginta fere foliis perscripta, singulas paginas tricenorum novenorum vel quadragenorum versuum fuisse, litterarum in singulis versibus numerum fluctuasse inter tricenas et quadragenas' statuunt.

Inventus est hic codex mense Iulio anno 1416 in monasterio Sangallensi a Poggio et amicis eius qui concilii Constantiensis occasionem nacti libros e Germanorum ergastulis vindicabant. Huius rei testis primus inducendus est Cincius Romanus, qui in litteris ad Franciscum de Fiana datis ita loquitur:[2]

*Cum his proximis diebus ex composito fama bibliothecae allecti una cum Poggio atque Bartolomaeo Montepolitiano ad oppidum S. Galli devenissemus, bibliothecam ingressi Iasonis Argonauticon a C. Valerio Flacco editum carminibus luculentis atque gravibus a maiestate metrica minime abhorrentibus invenimus: deinde Argumenta quaedam soluta*

[1] ib. p. 90.
[2] Querini, ad epistulas F. Barbari Diatriba, pp. viii–ix.

*oratione confecta super aliquot Ciceronis orationibus, ex quibus multi causarum ritus multaeque veteris instituti paritates aperte cognosci possunt. . . . Vbi turrim sacrae Aedis S. Galli contiguam, in qua innumerabiles libri utpote captivi detinentur, diligenter vidimus, bibliothecamque illam pulvere tineis fuligine ceterisque rebus ad oblitterationem librorum pertinentibus obsoletam pollutamque, collacrimavimus per hunc modum putantes linguam Latinam maximum ornatum maximamque dignitatem perdidisse. Haec profecto bibliotheca, si per se ipsa loqueretur, magna voce clamaret, 'Ne me, viri linguae Latinae amantissimi, sinite per huiusmodi neglegentiam funditus deleri: eripite me ab hoc carcere, in cuius tenebris tantum librorum lumen apparere non potest.' Erant in Monasterio illo Abbas*[1] *monachique ab omni litterarum cognitione alieni.*

Alter testis est ipse Poggius in notissima ad Guarinum Veronensem epistula.[2]

*Est autem monasterium S. Galli prope urbem hanc milia passuum* XX. *Itaque nonnulli animi laxandi et simul perquirendorum librorum, quorum magnus numerus esse dicebatur, gratia eo perreximus. Ibi inter confertissimam librorum copiam quos longum esset recensere Quintilianum reperimus adhuc salvum et incolumem, plenum tamen situ et pulvere squalentem. Erant enim non in bibliotheca ut eorum dignitas postulabat sed in teterrimo quodam et obscuro carcere, fundo scilicet unius turris quo ne capitalis quidem rei damnati detruderentur. . . . Reperimus praeterea libros tres primos et dimidiam quarti C. Valerii Flacci Argonauticon* (*al.* -ῶν) *et expositiones tamquam thema quoddam super octo Ciceronis*

[1] Hainricus de Gundelfingen eo tempore Abbas erat, cf. Pertz, Mon. Germ. xiii. 330.

[2] Eandem epistulam verbis quibusdam mutatis ad Ioannem Arretinum (= Corvinum) misit. Cf. Querini, p. ii; Sabbadini, Spogli Ambros. p. 354.

*orationibus Q. Asconii Pediani, eloquentissimi viri, de quibus ipse meminit Quintilianus. Haec mea manu transcripsi et quidem velociter ut ea mitterem ad Leonardum Aretinum et Nicolaum Florentinum; qui, cum a me huius thesauri adinventionem cognovissent, multis a me verbis Quintilianum per suas litteras quam primum ad eos mitti contenderunt. Habes, mi suavissime Guarine, quod ab homine tibi deditissimo ad praesens tribui potest. Vellem et potuisse librum transmittere sed Leonardo nostro satis faciundum fuit. Verum scis quo sit in loco, ut si eum voles habere—puto autem te quam primum velle—facile id consequi valeas. Constantiae,* XVIII *Kal. Ian. anno Christi* 1417.

Inter hos testes levis discrepantia est, quod Asconium et Valerium Flaccum in ipsa bibliotheca asservatos esse testatur Cincius, mox de turri contigua loquitur ubi libri infeliciores tineis tradebantur, ex caecis tenebris et squalore omnem se thesaurum eripuisse tradit Poggius. Illum quidem verius dixisse patet e subscriptione quadam quae in codd. Vat. Vrbin. 327 et Ambros. B 153 sup. Quintilianum continentibus invenitur.[1]

*Scripsit Poggius Florentinus hunc librum Constantiae diebus* LIIII *sede Apostolica vacante. Reperimus vero eum in Bibliotheca monasterii S. Galli, quo plures litterarum studiosi perquirendorum librorum causa accessimus, ex quo plurimum utilitatis eloquentiae studiis comparatum putamus cum ante Quintilianum neque integrum neque nisi lacerum et truncum pluribus locis haberemus.*

*Haec verba ex originali Poggii sumpta.*

Asconium in suum etiam usum transcripsit Bartolomaeus de Montepolitiano, ut par erat, una cum Poggio tamquam comes et collega 'ab Romanae ecclesiae principibus' Con-

[1] Ex his codicibus et cod. tabularii Basil. Vat. H. II. 12 (cf. p. xix) Quintiliani Sangallensis, nunc deperditi, quae indoles fuerit invenire facile esset.

stantiam missus.[1] Declarat subscriptio quae in cod. Laur. LIV. 5 (*M*) exstat.

*Finis argumentorum quarundam orationum Ciceronis eorum quae invenimus in Monasterio Sci Galli quae licet imperfecta et in compluribus locis corrupta esse videantur, non mediocrem tamen bene studentibus poterunt utilitatem afferre. Die* XX *Iulii* MCCCCXVI. *B. de Montepoliciano.*

Hic codex ipsius Bartholomaei, cuius autographum exhibet Laur. XC sup. 42,[2] manu scriptus non est, sed calligraphi cuiusdam, quem indoctissimum fuisse satis arguunt loci quidam ex quinque Ciceronibus orationibus (Rosciana, Cluentiana, Mureniana, Caeliana, Miloniana) sine titulis et miro ordine ab eodem scripti. Hos e vetere Cluniacensi, quem anno 1415 in Gallia invenerat Poggius, excerpsisse videtur Bartholomaeus, ex eius schedis foliorum Sibyllinorum in modum dispersis nullius doctrinae homunculus transcripsit.[3]

Tertium apographum confecit Sozomenus, Canonicus Pistoriensis, quod inter eius libros in bibliotheca Forteguerriana (num. 37) hodie Pistorii servatur (*S*). Subscriptionem hanc habet:

*Finis argumentorum quorundam orationum Ciceronis quae invenimus in Monasterio Sci Galli, quod* XV *milibus passuum a Constantia remotum est.* τέλος. X *Kl. Aug.* MCCCCXVII. *Constantiae.*

Videtur Sozomenus vel non statim Sangallensis copiam habuisse, vel exemplar manu velociore factum anno insequenti paulo lentius Constantiae transcripsisse.

E codicibus recentioribus unus tantum Paris. 7833 (σ) ex *S* derivatus est,[4] nullus quantum scio cum *M* cognationem

[1] F. Barbari Epistulae I. I.

[2] Continet miscellanea quaedam ab eo Constantiae scripta.

[3] Anecdota Oxoniensia, Classical Series, x. p. vii.

[4] Hic codex eandem quam *M* subscriptionem habet (nisi quod

exhibet, ex apographo Poggiano ceteros fluxisse constat. Scilicet prae fama Poggii exemplaria ab aliis confecta parvi habebantur. Poggiani igitur libri Florentiam ad Nicolaum Nicolam et Leonardum Aretinum missi quae fuerint fata videamus. Hunc statim transcriptum fuisse declarat primus Bibliothecae Mediceae catalogus anno 1418 confectus, in quo inter libros 'in scriptorio Cosimi' servatos est, '*num.* 30 *Asconio*, *lettera antica*.'[1] Guarinus etiam Veronensis vel librum ipsum vel exemplar eius a Nicolao habuisse, ut voluerat Poggius, videtur. Hic anno 1420 ad Hieronymum Gualdum Vicentinum ita scribit:[2]

*Asconium quoque Pedianum mihi mittas, si apud te est. Sin autem, eum ex clarissimo viro, Gasparino*[3] *Pergamensi, verbis meis petes et magnopere contendes ipsumque ad me diligentissime mittes. Ex Verona* III *Idus Decembr.*

Absente igitur Poggio, qui in Britanniam iverat, plures eius familiares apographum et consuluisse et in usum suum transcripsisse satis constat. Ipse cum ex hac peregrinatione

*inventae* pro *invenimus*, et *pluribus* pro *compluribus*: finitur etiam in voc. *afferre*): ex *S* fluxisse hae lectiones satis monstrant 3. 14 ⟨ducendi⟩, 5. 19–20 ⟨ad senatum decrevisse eos . . añ consuetum Ciceronis . . . . . . . . . .⟩, 6. 10 abien . . . . . . ., 11 dicere a tr. pl., 16 con. consulatu hñtem, 7. 3 sicilie, 16 [et crimen], 11. 10 praeci, 17. 12 eiectus pretorio, 23. 21 supsum, 29. 1 praetor, 31. 23 eque super, 36. 1 cum, 37. 3 secuta, 38. 12 ⟨sibi⟩, 40. 21 iudicio titus, 43. 15 superuenenum, 44. 21 paries, 51. 11 ⟨occisum⟩, 54. 14 Off., 59. 7 ali. . . ., 61. 21 exspe . . . . . ., 65. 12 . . . . . . ciosam, 66. 22 . . . . cum, 69. 21 traduxit, 73. 17 ⟨gratiam⟩, 84. 22 calculisque. Non nullis in locis, ubi *S* aliquid omittit vel verborum collocationem singularem habet, ex *P* (vel *M*) suppletus vel correctus est, velut 11. 11–14 ⟨praeterque . . . mei⟩, 14. 22–24 ⟨triumphus . . . esset⟩, 87. 13 absolutus est. Correctiones paucas habet velut 15. 12 Piso, 19. 19 filiam. Addiderim 12. 4 *palum* in *σ* legi.

[1] i. e. a calligrapho scriptus. Cf. La Libreria di Cosimo de' Medici nel 1418. F. Pintor, Firenze, 1902.

[2] Sabbadini, Mus. Ital. di Antich. cl. ii. 2. 377.

[3] Scholion Pisonianae in codd. non nullis praefixum 'hic deesse aliquid ex Asconio patet' Gasparini esse dicitur in cod. Venet. (Bessar.) ccccxxvii.

anno 1423 rediisset, codicem suum a Nicolao saepe repetiit: velut anno 1427 dicit.[1]

'*Exspecto Valerium Flaccum Pedianum et Varronem, quae forsan transcribam ni distuleris in hiemem.*'

Duobus posthac annis Nicolaum increpat.[2]

'*Lucretium tenuisti per annos quattuordecim, eodem modo Asconium Pedianum, sic et Petronium Arbitrum et Statium Silvarum. . . . Rogo ut vel Lucretium vel Asconium ad me mittas: quos faciam quam primum transcribi et postea ad te remittam, ut illos teneas quantum libet.*'

Nicolaum sua manu Asconium demum transcripsisse docet Ambrosii Camaldunensis ad eum anno 1431 scripta epistula, in qua est:[3]

'*Quod autem Asconium Pedianum et Cornelii Celsi fragmenta et Lactantii de ira Dei et opificio hominis libros scripseris pari laude prosequemur.*'

Apparet igitur hoc fere tempore Poggii efflagitationibus cessisse Nicolaum et iusto domino codicem reddidisse.

Ex hoc apographo Poggiano se ortos esse multi codices testantur, eandem originem editio princeps anno 1477 Venetiis impressa sibi vindicat. Omnes vero codices (exceptis *SMσ*) ex eodem fonte fluxisse perpetua consensio demonstrat. Itaque Madvigius qui codd. *SM* non norat dixit 'Multo maior esset codd. discrepantia, proferrenturque diversae eorum lectiones si qui, non dico ex alio quam ex Sangallensi, sed si ex hoc ipso, non ex Poggianis schedis, derivati essent. Nunc diversae lectionis in Asconianis nihil est, nisi levissimae scribarum recentissimorum aberrationes et editorum coniecturae.' Ipse ad editionis principis fidem revocabat omnia.

Codices vero *SM* iamdudum noti erant, sed cuius

[1] Epistulae, ed. Tonelli, i. p. 209. Cf. p. 294.
[2] ib. pp. 303, 304.
[3] Mehus, Ambrosii Epistulae, viii. 2.

momenti essent, ignorabatur. Veluti Bandinius in Laurentianae Bibliothecae catalogo, ubi ad cod. *M* ventum est, Asconii inventionem Poggio deberi breviter dicit, alio loco cod. *S* ex Poggii exemplari exscriptum esse arbitratur, codicem quendam Riccardianum (num. 757) e deteriorum numero ipsius Poggii apographum esse asseverat.[1]

Feliciorem tandem viam ingressi sunt editores Berolinenses qui codd. *SM* contulerunt et ab ipso Sangallensi transcriptos esse demonstraverunt. Poggianae etiam familiae indoles quae esset quinque codd. mediocris vel vulgaris notae collatis investigare conati sunt. His fretos non mirandum est de Poggii fide paulo iniquius iudicasse, cum primo loco ponerent Sozomenum, secundo Bartholomaeum, tertio Poggium. Aliorum quos non ipsi viderant huius stirpis codicum mentionem faciunt, in quibus est Matritensis x. 81, excerpta quaedam ex Sigeberti Chronico,[2] Asconium, Valerium Flaccum continens. Ad finem Flacci subscriptio haec est:

*Hoc fragmentum repertum est in Monasterio St. Galli prope Constantiam* XX *milibus passuum una cum parte Asconii Pediani. Deus concedat alteri ut utrumque opus reperiat perfectum, nos quod potuimus egimus. Poggius Florentinus.*

Codicem primus indicavit Knust,[3] descripsit G. Loewe,[4] qui cum altero codice *M* 31 in eadem bibliotheca servato olim coaluisse docuit, eius descriptionem confirmavit R. Beer. Codex *M* 31 Manilii Astronomica et Statii Silvas, quae opera a Poggio anno 1417 inventa sunt, continet. Vterque codex in bibliothecam e libris Comitis de Miranda venit, eadem fere forma et magnitudine sunt (20·2 × 30·5 *M* 31, 20·5 × 30·2 *X* 81), in tergo codicis

[1] Codd. Lat. ii. p. 503.
[2] Migne, Bibl. Patr. Lat. clx. 54.
[3] Pertz, Archiv. viii. p. 152.
[4] G. Loewe, Bibliotheca Patrum Hispan. pp. 418, 454, Wien, 1887.

x. 81 est *num.* I, in codicis *M* 31 *num.* II, in primo *M* 31 folio index est antiquus, 'Manilii Astronomicon, Statii Papinii Sylvae, Asconius Pedianus in Ciceronem, Valerii Flacci nonnulla.' Codice, ut videtur, in duas partes distracto nescio quis Asconii et Valerii nomina linea transversa delevit. Hi codices, alter ambove, a pluribus per hos annos collati sunt.[1] Equidem, ut de me ipso loquar, Asconium et Valerium Flaccum anno 1896, cum Matritii essem, contuli et in Asconio familiae Poggianae archetypum agnovi.[2] Quod quidem ad Silvas attinet Alfredus Klotz in editione anno 1900 typis impressa ceteros omnes ex *M* 31 fluxisse ostendit, id quod hodie omnes confitentur.

Occurrit illa quaestio quinam fuerint horum codicum scriptores. Asconius quidem et Valerius manu Itala satis veloci ab eodem scriba confecti sunt, Sigebertus manu velociore, quae tamen eiusdam hominis esse potest. Monet Paulus Schmiedeberg,[3] vir oculatissimus, non iisdem Sigebertum quibus Asconium et Valerium chartis scriptum esse: hos etiam forma paulo maiore olim fuisse, mox cum Sigeberto iungerentur, leviter circumcisos. Illud addiderim non potuisse Sigebertum eo tempore, cum index ille quem in *M* 31 invenimus confectus est, in codice contineri.

[1] Signifer erat, ut solet, Robinson Ellis noster qui anno 1892 Manilium contulit et in hoc auctore codicis *M* 31 praestantiam singularem ostendit (Hermathena xix. 261–286): eius suasu Asconium et Valerium contuli. Ambo codices anno 1895 in Germaniam missi sunt in usum Mauricii Krohn, quem honoris causa nomino. Is Silvas tum editurus erat sed consilio abiecto copias Alfredo Klotz tradidit. Silvas iterum contulit A. Souter (Classical Review, xii. 400–6, 441–5, xiii. 35). Codex x. 81 anno 1903 Vratislaviam missus est F. Skutsch rogatu: Asconium ipse excussit, Pseudo-Asconium et Valerium P. Schmiedeberg. Hoc denique anno ambos codices in Italiam missos esse in usum C. Giarratano, qui se Asconium mox editurum esse profitetur, nuper comperi (Rivista di filologia, xxxiv. 477–82).

[2] Classical Review, x. 301–305, xiii. 119–130.

[3] De Asconii codicibus et de Ciceronis scholiis Sangallensibus, p. 8, Vratislaviae, 1905.

Asconium et Valerium a Poggio scriptos esse primo quidem dicere non sum ausus, cum eius manui nondum operam dedissem.[1] Mox Mauricius Krohn me per litteras certiorem fecit se longius progressum atque ipsius Poggii chirographum in x. 81 agnovisse. Hoc fecit codicis Berol-Hamilton. 166 ope, in quo bellissimam Poggii manum contextus exhibet, velociorem annotationes quaedam in margine scriptae, quas eadem qua x. 81 manu confectas esse opinatus est. Ei suffragatur P. Schmiedeberg, qui, quo facilius de hac re iudicari possit, duo folia codd. x. 81 et Berol-Ham. 166 arte photographica expressa dissertationi inseruit. Ego codicibus pluribus quos a Poggio scriptos esse constat iam collatis iudicium Krohnianum ita approbo ut in chirographi ratione, quae res lubrica et incerta est, quaestionem verti nolim. Scilicet omnes hi MSS. bellissima Poggii manu confecti sunt, velociore—ut omittam annotationes in margine factas—nullus nisi ipse, ut videtur, Matritensis. Quod si alterum a Poggio raptim exaratum codicem haberemus, certius de hac re iudicari posset.

Meliora profecto testimonia suppeditat ipse codex, in quo plures manus versatas esse constat. Correctiones plurimas fecit ipse scriptor qui vel scribendi errores tollit vel corruptelas emendat quas in Sangallensi fuisse codicum *SM* testimonio probatur. Nomina hominum quorum Asconius mentionem facit manu gracili et eleganti in margine interdum adnotantur. Correctiones quaedam atramento fere evanido scriptae sunt, velut 48. 14 Cicero, 75. 1 vir is: aliis manu veloci scriptis praefixum est *credo* vel $c^s$, velut 31. 7 *credo* patrimonia, 84. 17 $c^s$ quom, 86. 3 $c^s$ de re p. 89. 21 $c^s$ equester. Tres imprimis annotationes in margine orationis in Toga Candida habitae oculos convertunt (85. 14, 87. 9, 92. 2). Supplementa denique Pisonianae, quae non

[1] Classical Review, *l. c.*

statim sed paulo postea[1] Poggiano huius orationis exemplari ad Italos adlato fieri potuerunt, atramento nigriore confectae sunt. Nonne oculis videre videmur Poggii familiares, Nicolaum, Leonardum, Guarinum, Gasparinum eo in Britannia commorante quemque suum in Asconio emendando symbolam certatim conferentes?

Ex hac correctionum a pluribus factarum farragine varietas paene omnis in ceteris Poggianis orta est. Integriores supplementis Pisonianae vel carent vel eas in margine ponunt, coniecturas vel super versum vel in ora habent, corruptelas pristinas in contextu servant, Matritensis mendas minimas summa fide quasi depingunt: recentiores supplementa et correctiones in contextum receperunt, mendis carent, nihil novi nisi coniecturas apertissimas praebent. Res adeo manifesta mihi videtur ut in hoc genere morari noluissem nisi virum doctissimum, C. Giarratano, adhuc dubitare vidissem. Dicit enim omnes codices quotquot in hanc familiam cadant, e quibus multi incogniti vel parum noti sint, conferendos esse, ante quam eos e Matritensi fluxisse statuamus. Equidem Poggianos fere omnes me contulisse vel inspexisse fateor, cuius rei antea me suppudebat ut ingratae et inutilis: nunc ne qua cuiquam dubitatio subsit de his breviter dicam.

Codices adhuc noti hi sunt:

(i) Ab editoribus Berolinensibus collati.

*a* = Florent. Soc. Columb. B. 7.

*b* = Laur. L. 5.

*c* = Gothanus ii. 118.

*g* = Guelferbytanus 88.

Ex his cod. *b* plurimi faciebant ut 'a scripturis ex Cicerone substitutis omnino vacuum', cod. *a* interpolatorum agmen ducere, codd. *cg* deteriores esse dicebant. Editione

[1] Codicem anno 1418 ad F. Barbarum misisse videtur (Classical Review, *l. c.*).

iam typis impressa Leidensis 222 (*l*) copiam nacti sunt: hunc etiam cod. *b* anteponunt sed selectas tantum lectiones excerpunt. Ex his codd. *abl* denuo contuli, *cg* non vidi.

(ii) A me collati vel inspecti.

(*a*) meliores.

*v* = cod. tabularii Basilicae Vaticanae num. H. 11. 12 signatus, Quintilianum et Asconium continens. Asconio praefixum est Suetonii de aetate eius testimonium.

*o* = cod. Oxoniensis, Canon. Misc. 217. Subscriptionem habet.

*Hoc fragmentum repertum est a Poggio in monasterio S. Galli prope Constantiam* XX *milibus passuum una cum parte Valerii Flacci Argonauticon.*

*f* = cod. Pistoriensis in bibliotheca Fabroniana num. 150.[1] Subscriptionem habet.

*Finis partis Q. A. Pediani cura et diligentia Pogi Florentini reperte in monasterio Sancti Galli prope Constantiam* XX *M. passuum.*

*p* = cod. Parisiensis 7832, Asconium et Guarini expositionem Roscianae continens.

Inter optimos numerandi sunt Harl. 2635, qui correctionibus *m.* 2 vel 3 in Matritensi factis fere omnibus caret; Harl. 5238, qui cod. *f.* gemellus est; Laur. LIV. 27, qui codd. *bp* simillimus est sed, nisi fallor, propius a fonte communi abest. Ex hoc scripturas plurimas excerpsi sed temporis angustiis interclusus totum codicem non excussi.

(*b*) vulgares.

Laur. LIV. 29, LIII. 15, Riccard. 757, Ashburn. 255, Ambros. H. 100 infr., I. 91 sup., Vat. Vrbinas 317, Angelica 431, Harl. 2568.

His addendus est cod. Neapolitanus V. B. 20 (*n*) a

[1] De hoc codice agit C. Giarratano, *l. c.* Ipse codicem contuleram ante quam in eius disputationem incidi.

T. Stangl collatus, quem e Matritensi fluxisse demonstravit Schmiedeberg, ego non vidi. Restant duo nondum collati, Lucensis 1756 mutilus,[1] Vindobonensis 26.

Ex his optimi sunt codd. *vo* qui Matritensis lectionem pristinam soli saepius servant (velut 1. 4, 19. 24, 22. 10, 23. 6, 24. 2 *bis*, *ib.* 5, 25. 24, 27. 4, 30. 13, 34. 34, 47. 11, 58. 14, 59. 13, 63. 5, 70. 12, 73. 16, 76. 14, 79. 18, 85. 1). Omnium quos vidi cod. *o* ipsius Matritensis imaginem qualem memini fidelissime representat. Interdum cod. *f* cum Matritensi singulariter consentit velut 16. 2, 38. 8, 82. 12, 90. 25 : neque secius Harl. 2635 qui 11. 22 *lausea*, 31. 7 *p̄lia* (sine v. l.) exhibet, et Laur. LIV. 27, qui 64. 3–4 solus ex meis verba *arbitrium . . . de quo* in margine habet. E codicibus quibus Berolinenses usi sunt optimus est *b*, qui codicis *p* fere gemellus est, saepius autem coniecturas in textum recepit velut 31. 7 *patrimonia*, 33. 1 *hortantibus*. Leidensem (*l*), cui primas dabant, recentiorem esse convincunt Pisonianae supplementa in contextum recepta (5. 12, 7. 2, 10. 2, 14. 15) : e Matritensi fluxisse ex 49. 12, 87. 9, manifestum est.

Cum scripturae varietas fere omnibus e correctionibus quae in x. 81 inveniuntur pendeat, unde turbae mirabiles aliquando ortae sunt, omnibus locis ubi mutationis aliquid in Matritensi factum est, codd. *abflopv* varias lectiones uno in conspectu posui.[2] Ex *ovf* librorum optimorum ingenia, ex *blp* mediocrium, ex *a* vulgarium manifesta erunt. *P* = Matritensis, Ω = ceteri Poggiani.

1. 4 ‖verbis ‖Ciceronis *P* : verbis Ciceronis *v* : Ciceronis verbis *cett.* 14 ante *P mg.* (*m.* 2) *post* quare : ante *o mg.*, *l*, *om. cett.* 16 $\overset{\text{senatū}}{\text{summa}}$ *Pop* : summa *lfv* : senatū *ab* $\overset{\text{ret}}{\text{dicens}}$ *Pop* : $\overset{\text{at}}{\text{diceṇṣ}}$ *l* : dicens *fv* : diceret *ab*

[1] Codicem indicavit Mancini, Studi Italiani, vol. viii, p. 242.

[2] Tres tantum, quas a m. rec. factas esse veri simile est (9. 15, 23. 2, 59. 7), in Ω non inveni.

o o
2. 1 pompei et crassi *Popv*: pompei et crassi *afl*: pompeio et
ore
crasso *b* 14 color colore *P*: colore *f*: color ore *cett.*

s
3. 9 ea *P* (*m.* 2): eas *ol*: ea *cett.* 14 deducendit *P*: deducendi
Ω 17 deducta—messe *P*: deducta in esse *v*: deductã in esse *f*: deductam esse *cett.*

5. 13 perduellio *P*[1]*bfov*: perduellionis reo *P corr.* (*m.* 3), *cett.* 17
ut m
esse ^ ex *P*: esse ut ex Ω 19 ario *P*: mario Ω

a ũ
6. 5 poste^q̃. facta *P*: postquã factũs *f*: posteaquam factum *cett.*

7. 3 sic ille de sicco cum *P*[1]: sic ille de siccosi *bv*: sed ille de sicco siccum *f*: sed ille designatus cos. cum *P corr.* (*m.* 3), *cett.* 20 inlato postea *Pv*: postea inlato *cett.*

9. 4 continentes *P*[1]*blo*[1]: concurrentes *v*: connexos *P corr.* (*m.* 3), *cett.* 5 tribuno *Pbop*: tribuno *afl*: tribnali *v* nec annuente *Plo*: nec (ne) annuente *abfv*: nec connivente *p* 15 tumultuarum is *P*[1]Ω: tum ultori armis *P corr.* (*m.* 3)
ali u ne conni

10. 2 he . . . . . . . . . . . . . . . . *P*[1]*bfo*[1]*v*: mehercule ut dici audiebam
s
*P*[3], *cett.* 18 domum *P*: domũ *v*: domus *cett.*

11. 16 sepe (*mg.* quoque) *P*: *om.* quoque *f*[1]*o*[1]: quoque *cett.* 22
r
lausea *P*: lausea Harl. 2635: laurea (r *in ras. hab. o*) *cett.*

u
12. 4 pa^lum *P*: paulum Ω

t
13. 20 murrinae *P*: murrine *b*[1]: minime *p*: mutinae *cett.* 21
s
noc *P*: nos Ω

os
14. 6 marcellum (*sup. lin. m.* 3) *P*: marcellum *bopv*: marcellos *af* so ornamentum *P*[1]*bo*[1]*v*: sorranos *f*: o amentem *P corr.* (*m.* 3), *cett.* 16 flagravit *om. P*[1]*bfov*, *add. P*[3] *cett.* 22 triumphõs mortuõs *P*: triumphos mortuos *opv*: triumphus mortuus *cett.*

pacto
16. 1 quo *om. P*[1]*bfl*[1]*op* 2 modo *Pf*: pacto *cett.*

patria
17. 12 eiectus ^ est *P*: eiectus patria est (est patria *v*) Ω

c inde
18. 17 eo catone . . . cisque *P*: c. catone isque Ω 18 ipse *Pbl*:
ipse
inde *ap*: inde ipse *o*: ipse inde *f*

19. 7 pacuijij *P*: pacui *lov*: pacuuii *cett.* 24 mater nam *P*[1]*ov*:
eo
maternam *P corr.*, *cett.* 25 sed in et *P* (*sup. lin. m.* 3): sed in et *pv*:
in
sed et in *b*: sed eo *o*: sed in *f*: sed in eo *l*



THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL ST[UDIES]
ST. MICHAEL'S
COLLEGE

ad ante
20. 15 ante $P^1$ : ad *P mg.* (*m.* 2) : ante $f^1lv$ : ante *bo* : ad *p* : ad $af^2$

Q
21. 12 ‸essent ‸inter *P*: interessent Ω 17 illa que *P*: illa Q. Ω

o
22. 5 ab *P* : ab *bf*: ob *cett.* 10 egit *in mg. hab. P*: egit Ω

r
vapius *Po* : varius *cett.* 16 hispanus dixit *P*: hispanus Ω

l
23. 2 caritas (*sup. lin. m.* 3) : caritas Ω 6 proauus etiam *Pv* : proauus etiam *o* : etiam proauus *cett.*

24. 2 atque illius *P mg.*, *o mg.*, *om. cett.* factum neque *Pv* :

eam
factum neque *fl* : factum *cett.* 5 enim (*mg.* non) *P* : eam (*mg.* non *o*) Ω

e e
6 simul *Pv* : simul *f*: semel *cett.* 10 ita *P mg.*, Ω : *om.* $P^1$

25. 7 causas *P* : causa Ω 10 resisteret *ex* resistat *P* : resisteret Ω 12 sui temporis *P* : sui temporis *bpv* : temporis sui *cett.* 24 claudiae familiae *Pv* : familiae claudiae *cett.*

id id
27. 4 posset *P*: poss‸et id *o* : possidet *cett.* longus nunc *Pv* :

in
nunc longus *cett.* 8 ut in *P* : ut in *lv* : ut est *f*: in *cett.* 9 ma-

e
gnitudinis *Pb* : magnitudinis *ov* : magnitudinis e *f*: magnitudine *p*

statue
29. 10 capue *P* (*s. l. m.* 2), *ofp* : capue *v* : statue *b* : statue capue *a*

30. 4 non *P mg.*, Ω : *om.* $P^1$ 13 que *Pa* : que *v* : *om. cett.*

31. 7 p̃lia, *in mg.* credo patrimonia (*m.* 2) *P*, *pv* : p̃dia (*mg.* patrimonia *o*) *fo* : patrimonia *ab*

32. 12 M. fustenus *P mg.*, Ω : *om.* $P^1$

33. 1 obstantibus, *in mg.* hortantibus (*m.* 2) *P*, *p* : obstantibus *flov* :

is
hortantibus *ab* 7 mens *Pabpv* : mens *ol* : mensis *f* 13 libitin —eratos *P* : libitin eratos *p* : libitinaeratos *v* : libitum erratos *f*

i e
34. 2 habere *P* : habere *f* : haberi *lp* : haberi *ov* 24 defenderet & *P* : defenderet et *v* : defenderet *cett.*

35. 12 milo (*mg.* milonis) *Pol* : milo *bv* : milonis *f* 16 miloni

si d'
misse *P* : milo misisse Ω 17 quod *P* : qd' *v* : q *lp* : quod *cett.*

36. 23 deind *P* : deinde *vf* : dein *cett.*

37. 21 populi *P mg.*, Ω : *om.* $P^1$

ꝉ o
38. 5 dicturum *ex* -orum *P* : dicturum *p* : dicturum *cett.* 8 peri-

o s
culum *P* : periculo *ab* : periculum *cett.* 18 tale *Pf* : tales *cett.* 23 ab appio cei a c ceteio *P* : a c ceteio (cetego *f*) Ω

39. 1 fuluione—rato *P*: fuluione rato *fov*: fuluio nerato *cett.*
d ci ipsi
3 quo *Pp*: q *fov*: quod *l* 15 tutati *P*: citati Ω 22 is ei
ei is ei
*Pbo*: is ei *lv*: is ipī *f*: ipsi ^ *p*

40. 25 qui fuit iudicissimus (*in mg.* iudicibus. iudici. primus) *Plopv*: iudicibus qui fuit iudici primus *b*: qui fuit iudicibus iudici primus *a*

41. 2 aditus *P mg.*, *v mg.*, *cett.*: *om.* $P^1v^1l$ 13 quisquis (*in mg.*
tus
quod quis) *Plpv*: quisquis *f*: quod quis *ao* 14 indemnans (-as *v*) *Plopv*: indemnis *f*: indemnatus *ab* 22 esset *P*: esse Ω

a
43. 15 ipsa *ex* -e *P*: ipse *b*: ipsa *cett.* 28 faci^t *P*: facit Ω

44. 2 forsitam *P*: forsitam (ã *f*) *fp*: forsitan *cett.* 3 hoc *P mg.*,
in Q.
*v. mg.*, *cett.*: *om.* $P^1v^1$ 13 actis *P*: in actis Ω 16 que *P*: que Ω
18 utrum (*in mg.* ut cum) *Pfp*: utrum *cett.*

46. 15 heoc *P*: hec (h̸ *f*) Ω 18 apud clodium (*in mg.* a p. clodio *m.* 2) *P*: a p. clodio *p*: p. clodio *al*: clodio *fv*: *om b* 25 ex eodem tenuis (*in mg.* ex eo domi tenus) *Pblop*: ex eodem tenuis *afv*

o e
47. 4 clodii *P*: clodio Ω 11 cum *Pv*: *om. cett.* 14 canam *P*: cenam (coe- *f*) Ω 16 reddit *ex* reddidit *P*: reddidit *alo²v*: reddit *cett.*

48. 9 milonis et hipsei *P*: milonis et hipsei *aopv*: hipsei et milonis *cett.* 14 milonis clodius (*in mg.* cicero *m.* 2) hipsei clodius *P*, *bpv*: milonis cicero clodius hipsei clodius *o*: milonis cicero hipsei clodius *afl*

idem
49. 12 familiarissimus meus et ^ *P*: familiarissimus . . . . . . . . . . (familiaris meus et idem *o²*) *abopv*: familiarissimus *f*: familiaris meus et idem *l* 25 primi fuer *P*: primi Ω

51. 11 occisum] o *P*: *om.* Ω

si
52. 4 unum *Pb*: si unum *opv*: unum *l*: unum *f* 5 intraret priusquam (*in mg.* clodium) iusserant *Polp*: intraret priusquam ui ferant *f*: intraret priusquam clodium iusserant *v*: intraret clodium priusquam
et
iusserant *b*: intraret clodium iusserant *a* 9 ex *Pv*: et *cett.*

53. 1 eo quo ubi *P*: eo ubi Ω sacraificium *P*: sacrificium Ω
i p
12 patromoniis *P*: patrimoniis Ω 15 matrimonium *Pb*: matri-
et
monium *folv*: patrimonium *ap* 17 accusatores reus *P*: accusatores et reus *v*: accusator (-ori *f*) et reus *cett.*

54. 9 appius *P*: appii Ω  10 factus est *P*: factus est *p*: factus *cett.*  20 alieni aeris *P*: aeris alieni *fp*: alieni aeris *cett.*

55. 16 autem est ^ plenius (*mg.* sñis) *P*: est sententiis (sñis *o*) plenius Ω

57. 16 autem ea re *P*: ea re Ω

58. 4 nequi^ui^s *P*: ne quis ni *v*: ne quiuis (quis) $f^1$: ne quiuis *cett.*  14 inuentus erat tr. pl. *P*: inuentus erat tr. pl. *ov*: tr. pl. inuentus erat *cett.*

59. 7 et sine more—pugnare *P*: et sine more pugnare Ω  10 ambitiosisuisis *P*: ambitiosis Ω  13 totius *P*: totius *v*: totus *cett.*

60. 10 pretura pretore *P*: pretore Ω  11 iudices (*mg.* duces *m.* 2) *P*, *lpv*: iudes *o*: iudices $a^1f$: duces $a^2b$ . . . bauerat $P^1$: turbaverat *P corr.* (*m.* 2), Ω  13 respondis . . . . . . . $P^1$: respondisset atque *P corr.* (*m.* 2): respondisset (rũdisset *f*) . . . . . atque *folv*: respondisset atque *ab*  17 exijtu *P*: exitu Ω

61. 23 exta(t) *P*: extat Ω

62. 22 priuatus (m) *P*: privatim Ω

63. 6 exemploũ *P*: exemplo *o*: exemplum *cett.*  affert ^hoc^ loco *P*: facit hoc loco *v*: affert (afficit *o*) hoc loco *cett.*  9 desistere (stite at) *P*: desistere *v*: desisterat *o*: destiterat *cett.*

64. 3 concordia (pactione) ut *P*: pactione ut *b*: pactione ⁊ *p*: pactione *cett.* arbitrium de libertate peger̃ (ita *P*, -ere *ov*, -erunt *cett.*) . . . . sed tamen ille in libertatem de quo *P mg.* Laur. liv. 27 *mg.*, *cett.*: *om.* $P^1$

65. 18 ult^a e^ra *P*: altera Ω

66. 17 σaptum (c) *P*: captum Ω

67. 4 ꝑhibebant (p) *P*: prohibebant *f*: per prohibebant *b*: perhibeant *aop*: perhibebant *lv*  10 co coctam *P*: cottam Ω  22 hic *P*: hic *f*: hi *p*: hic *cett.*

68. 22 illi(s) *P*: illius *o*: illis *cett.*

69. 18 consensu (s) *P*: consensu *fv*: consessu *cett.*

70. 10 colla, *in mg.* collega (*m.* 2) *P*, *o*: colla $vb^1$: collega *cett.*  13 nõs *P*: nos *v*: non *cett.*

71. 2 quo(t) *P*: quot Ω  10 contitione *P*: contione Ω

72. 2 aut (*in mg.* aulus) *Pp*: aut *f*: aulus *cett.*  19 et una modo supererat (*in mg.* mens esset ut) *Pp*: et una modo superarat (-erat *l*)

                et                                  are
*bl*: ut una modo super‸at *f*: et una mens esset ut modo (*om.* modo *a*) supererat *ao*

                                        m
73. 2 decrevissent *Pp*: decrevissem *cett.* 18 annos ∾∾ ∾ quam (q̃uã *P*) *Pv*: annos quam *cett.* 23 scistis *ex* scitis *P*: scistis Ω
          ob                                                                                          tur
74. 1 non *Plp*: non *f*: ob non *b*¹*ov*: ob *ab*² 22 docere . . . . .
                                                                      t
*Pl*: doceretur . . . . . *cett.* accessisse *Pl*: accessisset *cett.* 23 ex-
     gui                                                                                              n
tinct *Pblv*: extingui *p*: extinguet . . . . *o*: existimat . . . . . *f* ullo *Pb*: nullo *cett.*

                                                                              vir is
75. 1 urebus (*in mg.* vir is) *Pl*: urebus *v*: in rebus *bo*: in rebus *f*: vir is *ap* 15 frequentes *ex* -ter *P*: frequenter *o*: frequentes *cett.*
                  s                                                            ‖          ‖
76. 16 duo *P*: duo *p*: duos *cett.* 17 anienem trans *Pv*: trans anienem *cett.* 27 posuistis (*in mg.* posuit is) *Pbo*: posuistis *flv*: posuit is *ap*
                                 e                                                              ũ
77. 13 quis illius e *P*: quis ille Ω 16 explicanda *P*: explicandum Ω 24 ii *ex* hi *P*: ii Ω
                                                                                                                as   t
79. 15 secunda oratio *add. P mg.* (*m.* 1), *bo*: *om. cett.* 19 ‸senatores *P* (*car. m.* 2), *o*: as senatores *v*: assentatores *cett.*

80. 7 ex et *P*: *om. v*: ex *cett.* Catulo *P mg.*, Ω: *om. P*¹
                                                                                                                     bri
82. 12 suisique *P*: uissique *f*: iussique *v*: visique *cett.* sonii *P* (*m.* 2) *b*: sonii *f*: sobrii *cett.* 13 in eius (*in mg.* iners *m.* 2) *Pbl*: ineius *fv*: iners *cett.*

83. 2 plu multum *P*: multum Ω 7 ppeter *P*: propter Ω 20
 i
petit *P*: petit *o*: petiit *cett.* 21 ad *P*: *om.* Ω 22 sexus *P*¹: eius *P corr.*, Ω
                     uit                                                          os                                i
84. 1 trucidari *P*: trucidauit Ω 13 qui spoliaverant *Pp*: quos
                                                                                                         s
spoliaverant *b*: quos spoliaverat *cett.* 18 quod (*in. mg.* '*c* quom *le*') *P* (*m.* 2): quod *o*: quid *f*: cum le *p*: quidem *bl*: cum *a*
                                    u   r
85. 1 ne sc iam tam despex̄ *P*: nec se iam tum r de spexit *v*: nec
                          r                                                                              r
se iam tum despex *o*: nec se (sua *p*) iam tum respexit (des- *l*) *cett.* 14 Cicero in quadam . . . . . cogitabat *P mg.* (*m.* 2), *ablov*: *om. fp*
               o                                                   te e
22 conlatine *P*: conlatione Ω 23 et *P*: te e (ex *f*) Ω
                                                                         s                                  de re p.
86. 3 male cie, *in mg.* '*c* de re p.' (*m.* 2) *Po*: male cie *b*: de re
                    ‖          ‖
p. *cett.* 13 auxilii esse *P*: auxilii esse *fv*: esse auxilii *cett.*

87. 9 vincis me, itaque puto . . . . non potest *P mg.* (*m.* 2), *ablop* (oratis *pro* vincis *a*, antis *l*, '*al.* vincis' *p*: *primam litteram in P abscissam esse monet Schmiedeberg*): *om. fv*

p q
88. 2 poculo *P*: populo Ω eos *P*: eos *of*: quos *cett.* 25 eamiam (*in mg.* achaiam *m.* 2) *P*, *bp*: achaiam *cett.*

89. 6 çuṃ catilinam *P*: catilinam Ω 7 deç eo *P*: de eo Ω 8 deinde ạ est *P*: deinde est Ω 18 sedit autem (*in mg.* sed ita ut
sed ita ut
*m.* 2) *P*: sedit autem *flv*: sedit autem (sed ita ut eum *p*) *bp*: sed
s
ita ut *a* 21 ei ur (*in mg.* *c* equester (*m.* 2)) *P*, *b*: ei ũr *lv*: ei
uidetur
equester ũr *o*: equester ei *f*: ei uidetur (*in mg.* equester) *p*: equester *a*

90. 1 obit *cum signo corruptionis P*: obit *aol*: obit (*in mg.* obicit) *p*: obicit *bfv* 2 Mari *P mg.*, Ω: *om.* $P^1$ 15 Loquitur cum Catilina
i
*P mg.*, *ita alov*: *om. bfp* 23 luscum *P*: luscium Ω 25 syllanŏs *P*: syllanŭs *f*: syllanus *cett.* 27 dominatus (*in mg.* damnatus)
damnatus
*Plp*: domi natus *b*: damnatus *afov*

91. 1 proscriptṛorum *P*: proscriptorum Ω 15 qua reliquăm *Pp*: qua reliquam *f*: qua relinquã *v*: quaṃ reliqua *o*: qua reliquum *abl*

92. 2 nomen uxori . . . . ignoro *in mg. hab. P* (*m.* 2), *ablov*: *om. fp*
o
13 sociuṃ *P*: socio (-ie *v*) Ω

t || ||
93. 3 impetrasses *P*: impetrasset (-raverat $f^1$) Ω 8 idcirco notissi-
d
mus *P*: idcirco notissimus *ov*: notissimus idcirco *cett.* 11 illo
o
*Ppv*: illo *o*: id *f*: illud *al*: de illo *b* 12 pugiuncula *Pp*: pugiunculo *cett.*

Nemo, ut opinor, qui has lectiones sine studio inspexerit Matritensem ceterorum archetypum fuisse negabit. Hunc igitur a Poggio scriptum esse sine argumentis e chirographo eius ductis mihi certissimum videtur.

Quod quidem ad Valerium attinet, duos libros quibus Thilo usus est e Matritensi exscriptos esse inveni, Vat. 1613, 1614: duo, Coll. Reg. Oxon. (*Q*) et Vat. Ottoboni 1258 (*O*), alio fonte derivati sunt. Hos quidem ex apographo a Germano scriba facto corruptelae mirabiles et monstra quaedam orthographica fluxisse demonstrant. Bartholomaeum igitur, qui infirma valetudine conflictabatur, exemplar secundum per librarium venalem faciendum

curavisse conieci.[1] Haec coniectura Paulo Schmiedeberg probatur, qui subscriptionem ad Silium quandam quae in *O* invenitur laudat.

*Finis eius quod invenitur Argonauticon et quia exemplar in multis carminibus mendosum erat et scriptum est festine alio tempore corrigendum. In Sancto Gallo* MCCCXXVI (*sic*) *Iulii* XVI.

Hanc subscriptionis quam Asconio Bartholomaeus addidit simillimam esse acutissime monet.

Restat Sigeberti Chronicon. De hoc consulendus est Poggius in epistola ad Iac. Bracelleum anno 1455 scripta.[2]

*Sigibertus monachus Gembliacensis homo curiosus et apud Gallos admodum eruditus imitatus Eusebium de temporibus historiam a Theodosio imperatore usque ad aetatem suam . . . complectitur. Hunc ego librum cum in Anglia in monasterio repertum legerem transcripsi non nulla quae mihi ceteris praestare videbantur, in quis est anno nongentesimo ac trigentesimo quarto Ianuae fontem sanguine fluxisse.*[3]

Nunc videmus quam ob rem aliis chartis scriptus sit Sigebertus et ab indice antiquo qui in *M* 31 inveniatur absit. Scilicet cum in Britannia esset chartis in Britannia paratis Poggius usus est: in Italiam redux Sigebertum Asconio et Valerio addidit.

Venio iam ad alterum Matritensem (*M* 31) in quo Manilii Astronomica et Statii Silvae continentur.

Hic codex manu plane diversa, quam Germani librarii esse G. Loewe suspicabatur, scriptus est.[4] In primis quidem Manilii foliis litteris grandioribus, ab Italorum scriptura abhorrentibus, utitur, mox manum sensim contrahit et in Silvis propius ad Italorum normam accedit:

[1] Classical Review, xiii. pp. 121–4.
[2] Cod. Riccard. 750, f. 169.
[3] In Matritensi est 'Ianue fons sanguinis effluxit signum desolationis future': ceteri rem fusius enarrant (*cf.* Migne Patr. Lat. clx. 182).
[4] Cf. A. Klotz, Silvae, p. xii.

totum codicem ab eodem scriba confectum esse omnes qui eum viderunt consentiunt.[1] Correctiones quaedam in Silvis ab alterius codicis x. 81 scriptore factae sunt. Ad Silvarum finem additum est

FINIS ADEST VERE PRECIVM VVLT SCRIPTOR HEBERE

Nunc videamus quae de suo Manilii et Statii Silvarum exemplari ipse Poggius dicat in epistula ad F. Barbarum data. (Classical Review, *l. c.*)

*Mitto ad te . . . Silium Italicum, libros* v *Statii Silvarum, item M. Manilium Astronomicum. Is qui libros transcripsit ignorantissimus omnium viventium fuit, divinare oportet non legere, ideoque opus est ut transcribantur per hominem doctum. Ego legi usque ad* XIII *librum Silii, multa emendavi, ita ut recte scribenti facile sit similes errores deprehendere eosque corrigere in reliquis libris, itaque da operam ut transcribantur, postea mittas illos Florentiam ad Nicolaum.*

De librario a se in Helvetia conducto alio loco loquitur, ubi commenticiae cuidam in Germania codicum inventioni a Cardinali Capra factae se fidem daturum esse negat antequam exemplaria transcripta viderit. 'Ego vermis' inquit 'quendam conduxi scriptorem in Germania, quanto magis noster potuisset non unicum sed plures parasse scriptores.' Haec testimonia cum codicis *M* 31 facie miro modo congruere quivis fatebitur. Quid multa? Hunc codicem manu Germana scriptum, Silvarum fontem unicum—una cum x. 81 olim conglutinatum, e quo Asconii omnes codices

[1] Henricus Omont, vir in hoc genere peritissimus, cum duo Manilii et Statii folia arte photographica expressa, quae ad eum per amicum misissem, inspexisset, codicem a duobus librariis confectum esse dixit, Silvarum scriptorem Italum esse potuisse, Manilii non potuisse. Exemplar Manilii quod unicum tum habebam malum et perobscurum erat. His autem diebus exemplar optimum amici mei, O. L. Richmond, beneficio nactus virum doctum iterum ipse consului, qui in utroque folio eiusdem scribae manum agnovit, hunc etiam Italum esse non potuisse affirmavit. (Cf. Phillimore, Silvae, p. xviii *n.*)

Poggiani emanarunt—ab hoc imperito homine—sive Germano sive Italo apud Germanos exsulante, nil moror—confectum esse septem abhinc annis conieci, in editione Silvarum pro certo affirmat Alfredus Klotz.[1]

Ad Asconium redeamus, ut inter tres testes *SPM* dignitatis quaedam contentio fiat. Primum de cod. *M* dicendum est. Huius quidem auctoritas mihi perparva esse videtur, non solum enim ab ipso Bartholomaeo non est confectus, id quod supra ostendi, sed plusquam triginta locis e *P* correctus est. Argumenta congerere non opus est, duo tantum exempli causa sumam. Velut 40. 25 iudicii summus] *P* cum *S iudicissimus* habet, in margine scripsit Poggius *iudicibus*, *iudici*, *primus*, id est vel *iudicibus primus* vel *iudici primus*. In *M* est *iudicibus iudicii primus*: scilicet librarius quidam indoctus coniecturas ambas adsciverat. Ita 31. 7 *P* cum *S prelia* habet, in margine scripsit quidam Poggii familiaris, 'credo, *patrimonia*,' quam correctionem *M* exhibet. Has coniecturas e *P* iam cum Sigeberto unum in librum conglutinato petitas esse ostendit 46. 18, ubi apud Clodium *P* cum *S* habet, in margine *P* scriptum erat *a P. Clodio*, sed 'littera *a* nunc operta est schedula quadam postea

[1] Quidam viri docti ita e *M* 31 ceteros fluxisse aiunt ut apographum ipsum ab hoc ignorantissimo omnium viventium factum negent. Hoc faciunt Politiani testimonio freti qui vers. 1. 4. 46*a* quod in *M* 31 exstat ab eo 'exemplari Gallica scripto manu quod in Italiam attulisset Poggius' afuisse dicit. Ceteris quidem in rebus collatio ab eo facta, quae in exemplo Corsiniano servatur, cum *M* 31 optime congruit. Nam discrepantiae quas invenire sibi visus est A. Engelmann commenticiae mihi videntur. Valde ingeniose amicus meus, I. S. Phillimore, Poggium postea vetustum ipsum archetypum, e quo *M* 31 exscriptus est, nactum esse contendit: eodem etiam Politianum usum esse. Mihi etiam in mentem venerat potuisse Bartholomaeum exemplar alterum in suum usum faciendum curare, hoc postea in Politiani manus incidisse. Vtraque autem coniectura, ni fallor, in eadem difficultate haeret. Quo modo enim factum est ut omnes codices ex *M* 31 fluxerint, nullus ex hoc exemplari altero, sive vetustum ipsum archetypum fuerit, sive apographum in usum Bartholomaei factum? Politianum ergo, cum homo fuerit, errare potuisse et in hac re erravisse censeo.

agglutinata' (Schmiedeberg, p. 16). *M* habet *P. Clodio* sine *a* (ita plures Poggiani).

Quod quidem ad cod. *S* attinet, Sangallensem religiose secutum esse Sozomenum Berolinenses arbitrantur. Contra in pseudo-Asconio sive scholiis Sangallensibus eum coniecturis indulsisse ostendit T. Stangl. Equidem et Sozomenum et Poggium hoc fecisse arbitror, Poggium autem, ut erat acri ingenio et sibi bene fidens, plurima correxisse. Sozomenum quidem corruptelas quas in Sangallensi offenderat tacitum aliquando sustulisse patet ex 46. 15 *hec S*: *heọc P*: *hcc M*, 88. 2 *poculo S*: $\overset{\text{p}}{\textit{poculo}}$ *P*: *populo M*. Quod vero 51. 11 *propter occisum clodium S* habet, *propter ọ clodium P*: *propter clodium M* res mihi valde dubia videtur. Potest enim illud *o* ante *c* facili geminatione factum esse. Singularis est 52. 8 varietas. Hic *ut uuum* habet Ciceronis cod. Σ, *ut vos H*, *ut vos eum* cett. codd. Ciceronis: *eum* exhibent *PM*, *eum ut vos eum S*. Suspicor $\overset{\text{eum}}{\textit{ut vos}}$ in Sangallensi fuisse. Quod 50. 2 *consilio vero maioris alicuius* addit *S*, quae verba a *PM* absunt, supplementum e Cicerone Sozomenum sumpsisse arbitror. Quod denique 38. 12 *sibi* addit, 46. 16 *quod dicit intenta* pro *haec intenta* (*PM*) habet, nescio an casui acceptum referendum sit. Merita quidem eximia huius codicis ut enarrem opus non est (velut 3. 14, 5. 19–20, 14. 18, 55. 10), cum de iis A. Kiessling plene egerit.[1] Ex exemplis autem quae vir doctus congessit plurima nunc cum *P* communia esse video. Vt breviter dicam, ita Sozomenianum exemplar Poggiano praestare puto ut nunc hoc nunc illud verum servare videatur.

Editionum veterum scripturas plerumque neglexerunt Berolinenses: notaverat Baiter sed parum diligenter, qui

[1] De Asconii cod. Pistoriensi, 1873.

quidquid Manutius invenit 'ed. Lugdunensi, Hotomano, Manutio, Crenio' acceptum referre solet. Ego pro mea parte cuique suum reddere conatus sum. Editiones ante Hotomanum typis impressae hae sunt.

*ed. Ven.* a Io. de Colonia anno 1477 curata (iterum anno 1490 a Bern. Benalio impressa).

*ed. Iunt.* ab Antonio Francino Varchiensi anno 1519 curata.

*ed. Beraldi*, Parisiis apud Vidoam anno 1520 (iterum impressit Melanchthon, Hagen. anno 1535).

*ed. Aldina*, ab Asulano anno 1522 curata.

*ed. Lodoici Tiletani* Parisiis anno 1536.

*edd. Manutii*, annis 1547, 1553, 1563 impressae.

Editio Veneta quae se 'ab ipsius Poggii exemplaribus transcriptam' esse profitetur, e vulgari quodam codice paucis corruptelis correctis exscripta est: hoc quasi fundamento usi sunt Francinus, Beraldus, Asulanus, quibus satis erat mendas non nullas coniecturae ope tollere. Multo melius Lodoicus qui ita de se dicit.

*Summa itaque diligentia conquisitis undique codicibus iisque collatis, cum in his parum esset praesidii ad Asconii instaurationem, coniecturam advocavimus, non unius aut alterius horae sed dierum saepe multorum. Porro in quibus nec codices prodesse nec coniectura iuvare poterat, doctos consuluimus, praesertim Gul. Budaeum et Lodoicum Alvarem Lusitanum, quorum codicibus in hac nostra editione, ut ceteros taceam, usi sumus.*

His subsidiis fretus plusquam cccc emendationes sese fecisse iactat.

Quod ad Asconii emendationem attinet, nemo profecto, ne ipse quidem Madvigius, Manutio anteponendus est, ut annotationes nostrae docebunt. Postremas correctiones quae in tertia editione impressae sunt eius manu scriptas exhibet editionis primae exemplar in Museo Britannico

servatum (*num.* C. 28 a. 12), quod typothetarum usui destinatum fuisse manifestum est.

Gratias ago plurimas viro humanissimo, Francisco Skutsch, qui, cum huic operi supremam iam manum imponerem, suam Matritensis collationem cum mea conferendam commodavit, quod benevolentiae singularis monumentum iudico: Ludovico etiam Purser, amico meo, qui coniecturas non nullas a me factas castigavit, alias quas ipse fecerat mecum liberalissime communicavit.

A. C. C.

*Scribebam Oxonii,*
*Mense Novembri* MDCCCCVI

Praefatione hac typis iam impressa dissertationem vidi 'de Statii Silvarum Silii Italici scripta memoria', quam P. Thielscher iuris publici nuperrime fecit (Tubingae 1906): quem in ea lite quae de Silvis exorta est mecum facere vehementer gaudeo.

Nuperrime C. Giarratano, quem honoris causa nomino, libellum[1] de codd. Florentinis a se collatis ad me liberalissime misit: beneficium mox cumulavit altera de codd. *SP* disputatione[2] mittenda, quae heri tantum ad me allata est. Errores eosdem fere, quos ego e collatione mea, a *KS* in codd. *SM* lectionibus referendis factos corrigit: subtiliora quaedam addit, quae in notulis meis brevitatis causa omiseram. In magna variarum lectionum farragine, quam e codd. Florentinis admirabili diligentia concinnavit, correctiones plerasque agnosco quas siglo ς complexus sum: accedunt aliae, praesertim ex Laur. liii. 15 et Ashburn. 255,

[1] I codici Fiorentini di Asconio Pediano. Firenze (Bencini) 1906.
[2] Due codici di Asconio Pediano, il Forteguerriano e il Madrileno. 1906 (Studi Italiani xiv. 195-205).

quas ego editionibus priscis acceptas retuli. Cum tamen eius modi correctiones in recentissimo quoque codice plurimae occurrant, in hac re morari nolo. E Florentinis Laur. liv. 27 (*cf. p.* xix) ceteris praestare iure arbitratur. Illud maximi momenti est,—qua in re eximii candoris virum laudis aliquid mihi eripuisse non moleste fero,—quod ipsius Matritensis collationem in hac disputatione primus omnium iuris publici fecit. De levioribus quibusdam discrepantiis quae inter nostra testimonia intercedunt nihil dicam nisi me non mea tantum sed Skutschiana collatione usum esse. Pergratum mihi est quod nunc de Matritensi, tamquam omnium Poggianorum fonte, paulo confidentius quam antea (*cf. p.* xviii) loquitur. Eius verba haec sunt: 'e codicibus qui in hanc familiam cadunt sine dubio antiquissimus est Matritensis, qui haud scio an ipsius Poggii manu confectus sit, in eodem certe pretio habendus est ac si eius apographum sit, cum ex eo statim appareat qua praestantia sint singuli codices, quibus coniecturis quibusque interpolationibus inquinati.' Ego, qui me cautum esse volui quam diu dubitare licuit, spero fore ut tandem aliquando vir doctissimus in Matritensi ipsius Poggii exemplar mecum agnoscat.

A. C. C.

*Die viii°*
*Mensis Ianuarii* MDCCCCVII

## SIGLA

*S* = Pistoriensis, Forteguerri 37, a Sozomeno scriptus
*P* = Matritensis x. 81 a Poggio scriptus
*M* = Laur. liv. 15 ex apographo Bartolomaei de Montepolitiano descriptus
Σ = codd. *SPM* consensus
π = correctiones a m. 2 vel 3 in *P* factae
ς = coniecturae in recentioribus libris (vel libro) inventae

*KS* = Kiessling-Schoell

Leviores scribendi mendas, praesertim eas quae in cod. *M* inveniuntur, brevitatis causa saepe omisi.

# IN SENATV CONTRA L. PISONEM

Haec oratio dicta est Cn. Pompeio Magno II M. Crasso II coss. ante paucos dies quam Cn. Pompeius ludos faceret quibus theatrum a se factum dedicavit. Hoc intellegi ex ipsius Ciceronis verbis potest quae in hac oratione posuit. Dixit enim sic: Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi. . . . . . . quidem posuit hanc inter eas orationes quas dixit Cicero L. Domitio Appio Claudio coss. ultimam. Sed ut ego ab eo dissentiam facit primum quod Piso reversus est ex provincia Pompeio et Crasso consulibus, Gabinius Domitio et Appio: hanc autem orationem dictam ante Gabini reditum ex ipsa manifestum est. Deinde magis quidem naturale est ut Piso recenti reditu invectus sit in Ciceronem responderitque insectationi eius qua revocatus erat ex provincia quam post anni intervallum. Apparet autem Ciceronem respondisse Pisoni. In summa, cum dicat in ipsa oratione Cicero instare magnificentissimos apparatissimosque ludos, non video quo modo hoc magis Domitio et Appio coss. dictum sit, quibus consulibus nulli notabiliores 1 *KS*

*Tit.* IN SENATV CONTRA L. PISONEM *SP*: Q. ASCONII EPEDIANI IN SENATV C͠NT. L. PISONEM *M*  4 uerbis Ciceronis *P* (uerbis *om.* *S*)  6 ludi . . . . . . (4 *litt.* *P*) Σ: Fenestella *suppl.* ς, *ed. Ven.*: Tiro (*vel* Nepos) *suppl.* *KS*  9 ab eo *P*: habeo *SM*  12 quidem *scripsi*: quod Σ: quoque *Orelli* (quod magis ς)  13 ut *ed. Iunt.*: in Σ  Piso *Rinkes*: ipso Σ  14 quare uocatus *P*: ante (*post* quare) *add. in mg.* π  15 *in voc.* interuallum *finitur paragraphus in* *SP*, *sequitur proximo versu* APPARET  16 in summa Σ: in senatũ *P sup. lin. m.* 1  dicat in ς, *Manutius*: dicens Σ: diceret *Poggius*

ludi fuerunt, quam Pompeio et Crasso, quo anno Pompeius exquisitissimis magnificentissimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit.

**2** Argumentum orationis huius breve admodum est. Nam cum revocati essent ex provinciis Piso et Gabinius sententia Ciceronis quam dixerat de provinciis consularibus Lentulo et Philippo consulibus, reversus in civitatem Piso de insectatione Ciceronis in senatu conquestus est et in eum invectus, fiducia maxime Caesaris generi qui tum Gallias obtinebat. Pisoni Cicero respondit hac oratione.

# ENARRATIO

## CIRCA VERS. A PRIMO * * *

Quod minimum specimen in te ingeni? Ingeni autem? immo ingenui hominis ac liberi: qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.

Tametsi haec oratio sic inscribitur: In L. Pisonem; tamen non puto vos ignorare hunc Pisonem ex ea familia esse quae Frugi appellata sit: et ideo dicit aspernari eum moribus nomen.

## CIRCA VERS. LXXX

Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet unde se is ortum gloriari solet: neque enim hoc mea natura fert, nec municipi, praesertim de me optime meriti, dignitas patitur.

Magnopere me haesitare confiteor quid sit qua re Cicero

1 Pompeii et Crassi Σ: *corr. Poggius* 2 -que *om. P* 4 ARGVMENTVM *P*: *tum versu seq.* Argumentum huius orationis *etc.* 5 Gabinius *PM*: Gabinus *S* 8 consecutus *S* 11 Enarratio (*litt. min.*) *prioribus continuant PM* 12 *om. SM* 13 specimen *P*: speciẽ ẽm *SM* ingenii *semel hab. S* 14 ingenii $S^1$ colore *M, ed. Ald.*: colorore *S*: color. colore $P^1$: color. Ore *Poggius* 21 *om. SM* 23 is *P*: his *SM*

Placentiam municipium esse dicat. Video enim in annalibus eorum qui Punicum bellum secundum scripserunt tradi Placentiam coloniam deductam pridie Kal. Iun. primo anno eius belli, *P.* Cornelio Scipione, patre Africani prioris, Ti. Sempronio Longo coss. Neque illud dici potest, sic eam coloniam esse deductam quemadmodum post plures aetates Cn. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompei Magni, Transpadanas colonias deduxerit. Pompeius enim non 3
novis colonis eas constituit sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut possent habere ius quod ceterae Latinae coloniae, id est ut petendo magistratus civitatem Romanam adipiscerentur. Placentiam autem sex milia hominum novi coloni deducti sunt, in quibus equites ducenti. Deducendi fuit causa ut opponerentur Gallis qui eam partem Italiae tenebant. Deduxerunt III viri P. Cornelius Asina, P. Papirius Maso, Cn. Cornelius Scipio. Eamque coloniam LIII . . . . . deductam esse invenimus: deducta est autem Latina. Duo porro genera earum coloniarum quae a populo Romano deductae sunt fuerunt, ut Quiritium aliae, aliae Latinorum essent. De se autem optime meritos Placentinos ait, quod illi quoque honoratissima decreta erga Ciceronem fecerunt certaveruntque in ea re cum tota Italia, cum de reditu eius actum est.

3 Ian. Σ, *corr. Madvig* 4 P. *Manutius*: *om.* Σ 8 colonias (-ia *M*) Σ: colonos *Sozomenus* ‿ deduxerat Σ, *corr. Manutius* 9 ea Σ, *corr.* π 10 habere] hic *P* 11 petendo *scripsi*: petendi (peti *S*) Σ: gerendo *A. Augustinus* 12 Placentiam *S*: Placentia *PM* 14 ducenti *KS*: ducendi *S*: *om. PM* deducendit $P^1$ 15 III uiri *S*: triumuiri *PM* 16 Maso *S*, *Perizonius*: Maso, Cn. Pompeius *PM* 17 LIII] *seq. lac.* (3 *litt. P*, 5 *S*, 8 *M*) deducta messe (me messe *M*) Σ, *corr. Poggius* 19 ut Quiritium aliae *Baiter*: itaque Σ 22 certaueruntque *S*: certauerantque *PM* 23 reditu eius *PM*: re . . . . *S*

## PAVLO POST

de avo Pisonis materno:

Hic cum a domo *profectus* Placentiae forte consedisset pauci*s post annis* in eam civitatem—nam tum erat . . . . . . . . .—ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallica*nus*, extremo Placentinus haberi *coeptus* est.

4 Hoc quod dicit civitatem fuisse *Placentiam*, ab eadem persuasione ponit municipium fuisse. Avum autem *maternum* Pisonis primo Gallum fuisse ideo ait quod venisse eum in Italiam dicit trans Alpis, *dein Gallicanum*, quod in Italia consederit, Placenti*num denique*, postquam adscitus sit a Placenti*nis*. *Sed Pisonis* avus multo post ea tempora fuit quibus Placentia colonia est deducta.

## CIRCA VERS. A PRIMO * * *

Lautiorem . . . . . . . . pater tuus socerum quam C. Piso . . . . . . . . . . in illo luctu meo. Ei enim filiam meam collocavi quem ego, *si mihi* potestas tum omnium fuisset, unum potissimum delegissem.

1 *prioribus continuat S, om. M* 3 a domo profectus *KS*: ad om . . . . (6 *litt. M*) Σ foret Σ, *corr. Manutius* 4 consedit et Σ, *corr. Manutius* paucis post annis *Manutius* : pauci . . . . . . . . . Σ erat . . . . . . . . . Σ : civitas *suppl. Manutius* : incola *suppl. Mommsen* 6 Gallica . . . (7 *litt. S*) *SP* : Gallica *M*, *corr. Manutius* extremus Σ, *corr. Manutius* 7 coeptus *Manutius* : . . . . . . . . . (12 *litt. S*) Σ 8 quod *KS* : quoque Σ : quoque quod *Mommsen* Placentiam *KS* : . . . . . . . . . . . . . Σ 9 ponit *S* : ponit placentiam *PM* maternum *KS* : . . . . . . . . . . . *S* : *om. PM* 10 uenisse *P* : inuenisse *SM* 11 dein Gallicanum *Sigonius* : . . . . . . . . . . (5 *litt. S*) Σ 12 placenti . . . . . . . . . . *S* : placentiae . . . . . (*sine lac. P*) *PM* : *suppl. Bücheler* adaccitus (-aci- *M*) *PM* : ad acciatus *S*, *corr. Manutius* 13 placenti . . . . . . . . . . . . (12 *litt. S*, 10 *M*, 7 *P*) Σ : *suppl. Bücheler* 15 *om. M* (*ita fere semper*) 16 lautiorem . . . . . . . *PM* : *lac. om. S* 17 Piso . . . . . . . . . . . (12 *litt. P*) Σ meo. Ei enim *scripsi* : non enim *SM* : non ei *P* 18 colloca . . . *S* : colloca *PM*, *corr. ed. Ven.* si mihi *supplevi* : . . . . . . . (9 *litt. S*) Σ

Quis fuerit socer Pisonis patris ipse supra dixit his verbis:

Insuber quidam fuit, idem mercator et praeco: is cum Romam cum filia venisset, adulescentem nobilem, Caesonini hominis furacissimi filium, ausus est appellare, *eique* filiam collocavit. Calventium aiunt eum appellatum.

Ipsius Pisonis contra quem haec oratio est socerum Rutilium Nudum Fenestella tradit. Cicero filiam post mortem Pisonis generi P. Lentulo collocavit, apud quem illa ex partu decessit.

## CIR. VER. A PRIMO CCLXX 5

(§ 4.) Ego in C. Rabirio perduellio*nis reo* xxxx annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi.

Possit aliquis credere *errare* Ciceronem, quod dicat quadraginta annis factum esse *ut* ex S. C. *arma ad*versus L. Appuleium Saturninum tribunum plebis sumerentur. C. enim Mario L. *Valerio* coss. id senatum decre*visse*, *qui* coss. *annis* ante consulatum Ciceronis xxxvii *fuerint*. Sed hic non subtilis computatio annorum facta est verum sum-

1 pater Σ, *corr. Manutius* ipse *om. S* 3 intuber Σ, *corr. ed. Ven.* 4 filio Σ, *corr. Manutius* 5 caesoniani Σ, *corr. Mommsen* frugalissimi *Rinkes* 6 eique *Rinkes* : *om.* Σ caluentinum Σ, *corr. ed. Ald.* (Calventium . . . appellatum *Ciceroni reddidit Rau*) 8 ipsius *Madvig* : sepius Σ 9 Rutilium] Atilium *add.* Σ, *del. Perizonius* tradit *P* : tradi *SM* 11 decessit *P* : discessit *SM* 13 perduellio . . . . . . Σ, *suppl.* π *ex Cicerone* 14 interpositam (-ta *SM*) . . . . . . . . . . (7 *litt. P*) Σ *contra Ciceronem* 15 invidiam *Cic.* : . . . . . . . . (5 *litt. P*) inuidiam Σ 16 errare *KS* : . . . . . . Σ 17 annis *PM* : . . . . . . *S* ut *Poggius*, *M* : *om. SP*[1] arma adversus *KS* : . . . . . . . . (5 *litt. M*) *PM* : uersus *S* 18 Appul. *P* : apul. *SM* tr. pl. *P* : . . . . plebis *S* : num tr. pl. . . . . plebis *M* numerentur Σ, *corr. KS* 19 ario *P*[1]*M* : . . . . *S*, *corr. Poggius* L. Valerio *Lodoicus* : cn (n *S*) . . . . . . (10 *litt. S*) Σ 19–20 ad senatum decre . . . . eos . . . añ consuetum ciceronis . . . . . . . . . . . *S* : *om. PM* : *suppl. KS* 21 annorum *PM* : . . . . . . *S*

matim tempus comprehensum est, ut proinde *debeamus* accipere ac si dixerit: prope xxxx annis. Haec consuetudo in ipsis *orationibus est*: itaque idem Cicero in ea quoque quam habuit in Catilinam in senatu, †ait . . octavus decimus dies esset postea quam factum *est* senatus consultum ut viderent consules ne quid res publica detrimenti caperet, dixit vicesimum diem habere *se* S. C. tamquam *in vagina reconditum.*

## CIR. VERS. A PRIMO CCC

(§ 6.) Ego cum in contione abiens magistratu
6 dicere a tribuno plebis prohiberer quae constitueram, cum is mihi tantum modo iurare permitteret, sine ulla dubitatione iuravi rem p. atque hanc urbem mea unius opera esse salvam.

Diximus iam antea a Q. Metello Nepote tr. pl. Ciceronem consulatu abeuntem prohibitum esse contionari de rebus quas in eo magistratu gessit.

## CIR. VER. A PRIMO CCCXX

dicit de ludis Compitaliciis:

(§ 8.) Quos Q. Metellus—facio iniuriam fortis-

1 tempus *P*: . . . . . . *SM* proinde (perinde *P*) . . . . . . . (10 *litt. M*) Σ: *suppl. KS* 2 vixerit Σ, *corr. Lodoicus* annis. Haec *PM*: . . . . . . . . *S* 3 ipsius Σ, *corr. KS* orationibus est *Baiter*: . . . . . . . . . . . . . (7 *litt. S*) Σ quoque quam habuit *PM*: quo‖ . . . . . *S* 4 ait . . (6 *litt. M*) *PM*: . . . . . . . *S*: cum *Lodoicus* 5 est Σ, *corr. Lodoicus* postea quam *PM*: . . . . *S* facto *S*: facta *P*[1]: sciuit *M*, *corr. Poggius* est *supplevi* 6 uiderent *P*: uideret *SM* 7 diem *PM*: . . . . . *S* se *Rinkes*: *om.* Σ in vagina reconditum *Cic.*: *om.* Σ (12 *litt. P*, 20 *M*, *sine lac. S*) 9 CIRCA *P* 10 abiens *P et Cic.*: abiens (-en *S*) . . . . . . . . *SM* 11 dicere a tr. pl. *S*, *Cic.*: a tr. pl. dicere *P*: a tr. pl. dicere a tribus plebis *M* prohiberer *P*, *Cic.*: prohibere *SM* quae *S*, *Cic.*: ea quae *PM* 12 cum Σ: cumque *Cic.* iurare Σ: ut iurarem *Cic.* ς 13 rem p . . . . . *M* 15 ante *KS* 16 cos. consulatu hñtem *S* contionã *S* 20 quos Q. *P*, *Cic.*: quosque *SM* Metellus *Cic.*: fieri uetuit *add.* Σ, *del. Rau*

simo viro mortuo, qui illum cuius paucos pares haec civitas tulit cum hac importuna belua conferam —, sed ille designatus consul, cum quidam tr. pl. suo auxilio magistros ludos contra S. C. facere iussisset, privatus fieri vetuit.—Tu cum in Kal. Ian. Compitaliorum dies incidisset, Sex. Clodium, qui numquam ante praetextatus *fuisset*, ludos facere et praetextatum volitare passus *es*.

L. Iulio C. Marcio consulibus quos et ipse Cicero supra memoravit senatus consulto collegia sublata sunt quae adversus rem publicam videbantur esse *constituta*. Solebant autem magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant, Compitalicios praetextati, qui ludi sublatis collegiis discussi sunt. Post VI deinde annos quam sublata erant P. Clodius tr. pl. lege lata restituit collegia. Invidiam ergo et crimen restitutorum confert in Pisonem, quod, cum consul esset, passus sit ante quam lex ferretur 7
facere *Kal. Ianuar.* praetextatum ludos Sex. Clodium. Is fuit familiarissimus Clodii et operarum Clodianarum dux, quo auctore postea illato ab eis corpore Clodii curia cum eo incensa est. Quos ludos tunc quoque fieri prohibere temptavit L. Ninnius tr. pl. Ante biennium autem quam restituerentur collegia, Q. Metellus Celer consul designatus magistros vicorum ludos Compitalicios facere prohibuerat, ut Cicero tradit, quamvis auctore tribuno plebis fierent ludi; cuius tribuni nomen adhuc non inveni.

3 sic ille (sicilie *S*) desicco si cum Σ, *corr.* π *ex Cic.* 4 magistros *Cic.* : magis *S* : magnos *PM* 5 tu cum in *Cic.* : tum cum Σ 6 incidissent *codd. Ciceronis* 7 praetextato ludos faceret et Σ : *corr.* ς, *Beraldus ex Cic.* 8 es *om.* Σ, *suppl.* ς, *ed. Ald. ex Cic.* 9 Mario Σ, *corr. Lodoicus* 11 constituta *KS* : ea . . . . . . (6 *litt. S*, 8 *P*, 10 *M*) 13 vicorum *PM* : ludorum *S* 14 VI *Rinkes* : novem Σ : V *Rau* 16 et crimen *om. S* 18 Kal. Ian. *KS* : . . . . . . . . . Σ praetextatum *om. M* cloelium *PM* : proclium *S*, *corr. ed. Ven.* 20 inlato postea *P* his Σ, *corr. Manutius* duria *S* 22 autem] ante *add.* Σ, *del. Manutius* 24 uicorum ς : ludorum Σ (*cf. v.* 13)

## PAVLO POST

(§ 9.) Ergo his fundamentis positis consulatus tui, triduo post, inspectante te et tacente, a fatali portento prodigioque rei publicae lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque oti; collegia non ea solum quae senatus sustulerat restituta, sed innumerabilia quaedam ex omni faece urbis ac servitio concitata. Ab eodem homine in stupris inauditis nefariisque versato vetus illa magistra pudoris et modestiae censura sublata est.

Diximus L. Pisone A. Gabinio coss. P. Clodium tr. pl. quattuor leges perniciosas populo Romano tulisse: annonariam, de qua Cicero mentionem hoc loco non facit—fuit enim summe popularis—ut frumentum populo quod antea senis aeris ac trientibus in singulos modios dabatur gratis daretur: alteram ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret de caelo servaret; propter quam rogationem ait
8 legem Aeliam et Fufiam, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii, eversam esse;—obnuntiatio enim qua perniciosis legibus resistebatur, quam Aelia lex confirmaverat, erat sublata—: tertiam de collegiis restituendis novisque instituendis, quae ait ex servitiorum faece constituta: quartam ne quem censores in senatu legendo praeterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus et utriusque censoris sententia damnatus esset. Hac ergo

3 te et tacente Σ: et tacente te *Cic.* 4 Aelia et Fusia (Fufia *Cic.*) *P*, *Cic.*: Aliae (elie *M*) Fusia *SM* 5 eversae sunt *Pighius* (*contra Cic.*) 7 tulerat Σ, *corr.* ς, *Lodoicus* 8 quaedam nova ex *Cic.* ac] atque *S* 9 in] ut Σ, *corr.* ς, *Beraldus* 11 censura Σ: severitas *Cic.*: censoria severitas *ed. Ald.* 12 A. *KS*: et Σ: et A. *Manutius* 13 annonianam Σ, *corr. Graevius* 16 senis Σ: semis ς, *Manutius*: semissibus *Turnebus* ac trientibus ς: acirientibus *PM*: arientibus *S* grauis *S* 19 aliam et fusiam *SM*: fusiam et eliam *P* 20 euersa Σ, *corr. Manutius*: eversas *Madvig* pernicio *M* 23 quam ait ex *P*: quam ut (ẽt *S*) et *SM*, *corr. Manutius* constitutam Σ, *corr. Manutius*

eius lege censuram, quae magistra pudoris et modestiae est, sublatam ait.

## PAVLO POST

(§ 11.) Persequere continentis his funeribus dies. Pro Aurelio tribunali ne conivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis quam solitus eras intuente, dilectus servorum habebatur ab eo qui nihil sibi umquam nec facere nec pati turpe duxit.

Profecto intellegitis P. Clodium significari.

## CIR. VER. A PRIMO *DC*

dicit de Castoris templo:

(§ 23.) Id autem templum sublato aditu, revolsis gradibus, a coniuratorum reliquiis atque a Catilinae praevaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur.

Catilinam lege repetundarum absolutum esse accusante P. Clodio iam supra dictum est.

## STATIM 9

Cum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur.

L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse iam diximus.

1 censura *S* 2 adit *SM* : addit *P*, *corr. Manutius* 4 continentes Σ : connexos *Cic.*, π 5 tribunali *Poggius*, *Cic.* : tribuno (tr. *S*) Σ nec (ne *M*) an ueniente *SM* : nec annuente *P*, *corr.* π *ex Cic.* 8 habebantur *S* (*contra Cic.*) 9 turpe *om. M* : turpe esse *Cic.* dixit *SM*, *Cic. cod. E* 10 intellegitur Σ, *corr. Rinkes* 11 DC *KS* : *om. SP* (*v.* 10 *om. M ut semper*) 14 reliquis *S*, *corr. Beraldus ex Cic.* atque a $P^1$, *Cic.* : atque *SM*, *Poggius* 15 tum ultore armis π *ex Cic.* : tumultuarum is (is *sup. lin. in P*) Σ 16 teneretur *S*, *Cic.* : tenetur *PM* 18 supra *om. P* 20 rogarentur *S* : negarentur *M* : necarentur *P*, *corr.* ς, *ed. Iunt. ex Cic.* 22 t. clamiam Σ, *corr.* ς, *Lodoicus* (*cf. Sest.* 29) relegatum *S* : religatum *PM*

## CIR. VER. A PRIMO DCXX

(§ 24.) Seplasia me *hercule*, te ut primum aspexit, Campanum consulem repudiavit.

Dictum est in dissuasione legis agrariae apud populum plateam esse Capuae quae Seplasia appellatur, in qua unguentarii negotiari sint soliti. Ergo eos quoque qui in ea platea negotiarentur dicit invitos Pisonem vidisse, cum Capuam consul venit, quod eos a quibus ipse expulsus erat adiuvisset.

## CIR. VER. A PRIMO DCXL

(§ 26.) Ecquod in hac urbe maius umquam incendium fuit cui non consul subveniret? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam cuius domum ad meam exhauriendam patefeceras sedebas.

Post profectionem ex urbe Ciceronis bona eius P. Clodius publicavit; postquam direpta sunt omnia quae aut in domo aut in villis fuerunt, et ex eis ad ipsos consules lata complura, domus direpta primum, deinde inflammata ac diruta est. Socrus Pisonis quae fuerit invenire non potui, videlicet quod auctores rerum non perinde in domibus ac familiis feminarum, nisi illustrium, ac virorum nomina tradiderunt.

1 principio *S* dcxx *P* : dccc *S* 2 selapsia *P* (*ita mox*) mehercule *ed. Ven.* : he . . . . . . . . . . Σ : mehercule ut dici audiebam *Cic.*, π uti *ed. Ven.* (*contra Cic.*) 7 negotiantur *S* dicat *S* 8 ipse *Bücheler* : ille Σ 10 circa ver. a pr. *P* dcxx *SP*, *corr. ed. Ald.* 11 et quod Σ, *codd. Ciceronis*, *corr. Lodoicus* 12 subvenerit *Cic.* 13 illo ipso *P*, *Cic.* : illos ipsos *SM* tuam Σ : tuam prope a meis aedibus *Cic.* ς cuius domum ad *Hotoman ex Cic.* : cui domum Σ 14 meam Σ : meam domum *Cic.* 17 ipsos collata Σ, *corr. Manutius* 18 domũ $SP^1$ : domos *M*, *corr. Poggius* diruta *P* : duruta *M* : durata *S* 19 potui *P* : potuit $SM^1$

## PAVLO POST

(§ 27.) Ac ne tum quidem emersisti, lutulente Caesonine, e miserrimis naturae sordibus cum experrecta tandem virtus celeriter et verum amicum et optime meritum civem et suum pristinum morem requisivit.

Profecto Cn. Pompeium significari intellegitis.

## CIR. VER. A PRIMO DCCC

(§ 35.) De me cum omnes magistratus promulgassent praeter unum praetorem a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, praeterque duos de lapide emptos tribunos, legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul.

Frater ille inimici mei, id est P. Clodi. Ap. Claudius, sicut iam saepe significavi, tum fuit praetor. Duos tribunos de quibus ipsis quoque iam diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, Sex. Atilium Serranum et Q. Numerium significat.

## CIR. MEDIVM

(§§ 38, 39.) Appellatus est hic volturius illius provinciae, si dis placet, imperator. Ne tum quidem, Paule noster, tabellas cum laurea Romam mittere audebas?

2 tu *S* 3 caesone *S*: ceso *PM*, *codd. Ciceronis*, *corr. Manutius* e Σ: ex *Cic.* naturae tuae *Cic.* 4 experta *codd. Ciceronis* uirtus Σ: uirtus clarissimi viri *Cic.* 7 intelligis Σ, *corr. Lodoicus* 9 omnes (-is *P*) *P et Cic.*: añis *SM* promulgasset *S* 10 praetorem *Cic.*: praet. *P*: pr. et *M*: praeci *S* non fit *S* 11–14 praeterque . . . mei *om. S* 15 significavi tum *Mommsen*: significabitur Σ: significavimus *Manutius* praetor *Orelli*: frater Σ 16 quoque *Poggius*: q̄q̄ *S*: queq; *M*: ṣẹpẹ *P* 17 Sex. *P*: sed *SM* statilium Σ, *corr. Manutius* et Q. *P*: etq' *M*: eq ecq̃ *S* 18 Numerium *P*: numerum *SM* 19 CIRCA *P* 20 hic ueteris Σ, *corr. Beraldus ex Cic.* 22 tabellas cum laurea (lausea *SP*[1]) Romam Σ: tabulas Romam cum laurea *Cic.*

Confido vos intellegere L. Paulum hunc significari qui fuit pater naturalis Africani posterioris, de Macedoniaque
11 ultimum et Perse rege triumphavit. Macedoniam autem Piso in quem haec oratio est obtinuit; propter quod Paulum eum appellat, irridens eum quod ibi rem non prospere gessit.

## CIR. MEDIVM

(§ 44.) *M.* Marcellus qui ter consul fuit summa *virtute*, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem *in* gloria et laude vivit.

Fortasse quaeratis quem dicat Marcellum. Fuit autem nepos M. Marcelli eius qui bello Punico secundo Syracusas vicit et quinque consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus de quo Cicero dicit naufragio ad ipsam Africam periit paulo ante coeptum bellum Punicum tertium. Idem cum statuas sibi ac patri itemque avo poneret in monumentis avi sui ad Honoris et Virtutis, decore subscripsit: III MARCELLI NOVIES COSS. *Fuit enim ipse ter consul*, avus quinquies, pater semel: itaque neque mentitus est et apud imperitiores patris sui splendorem auxit.

## CIR. VER. A NOV. DCCC*C*

(§ 52.) Me consequentibus diebus in ea ipsa domo qua tu me expuleras, quam incenderas,

2 Macedonia atque Σ, *corr. Madvig* 3 et Perse *Madvig*: eius de Σ 4 palum *P*[1]: palam *M*, *corr. Poggius* (*lectio cod. S evanuit*) 5 eum] etiam *Bücheler* rem *Broukhusius*: se Σ 8 M. *add. Lodoicus ex Cic.* 9 virtute *add.* ς, *Beraldus ex Cic.* perit Σ, *corr. Beraldus* 10 in (*om.* in Σ) gloria et laude, *Cic. cod. V*, Σ: gloriae laude *Cic. codd. cett.* 15 periit *P*: perit *SM* idem *P*: item *SM* 17 decorem Σ, *corr. Baiter* 18 III *Manutius*: hi (hic *M*) Σ cos. Σ, *corr. Manutius* Fuit . . . consul *add. Bücheler* 19 neque *om. M* 21 DCCCC *Bücheler*: DCCC *SP* 23 expuleras] quam expilaras *add. Cic.* incenderat *S*

pontifices, consules, patres conscripti conlocarunt, mihique, quod antea nemini, pecunia publica aedificandam domum censuerunt.

Hoc Cicero oratorio more, non historico, videtur posuisse: nam multis aetatibus ante Ciceronem nulli id contigisse verum est, nemini vero umquam antea videamus ne parum caute dicat. Antiquis enim temporibus pluribus idem contigit; nam *M.* Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter **12** alios honores domus quoque publice aedificata est in Palatio, cuius exitus quo magis insignis esset in publicum versus declinaretur, hoc est, extra privatum aperiretur. Varronem autem tradere M. Valerio, quia Sabinos vicerat, aedes in Palatio tributas, Iulius Hyginus dicit in libro priore de viris claris, *et* P. Valerio Volesi filio Publicolae aedium pub*lice lo*cum sub Veliis, ubi nunc aedis Victoriae est, populum ex lege quam ipse tulerat concessisse. Tradunt et Antiochi regis filio obsidi domum publice aedificatam, inter quos Atticus in annali: quae postea dicitur Lucili poetae fuisse. Varro quoque in libro III de vita populi Romani, quo loco refert quam gratus fuerit erga bene meritos, dicit Mutinae, quod in Sicilia cum equitatu suo transierat ad nos, civitatem Romae datam aedesque et pecuniam ex aerario. Videamus tamen num ideo Cicero dicat sibi, quod antea nulli, domum pecunia publica ex aerario aedificatam, quia illis aut locus publice datus sit, aut domus quae non fuerant eorum propter illos publico sumptu aedificatae: Ciceroni domus quae

1 patres conscripti *Baiter ex Cic.*: patres *SM*: praetor *P* conlocaverunt *Cic.* 2 antea Σ: ante me *Cic.* pecuniam publicam ad Σ, *corr.* ς, *Beraldus ex Cic.* 7 dicamus Σ, *corr. KS*: *fort.* dicatur 8 M. *add. KS* 10 esset et in Σ, *corr.* ς, *Lodoicus* 12 Sabinos *Schwegler*: saepius Σ 13 L. Hyginus (hyginius *M*: higinius *P*) Σ, *corr. Popma* 14 et *add. Garatoni* aedilium *S* publice locum *Rinkes*: repul . . . . . . (3 *litt. S*) cum Σ 15 uelis Σ, *corr. KS*: Velia ς 16 addunt et *S* 17 obsidem *S* 18 annale (and- *S*) Σ, *corr. ed. Iunt.* Lucii (L. *S*), *corr. Manutius* 20 Mutinae *S*: murtinae $M^1$: murrinae $P^1M^2$: muttinae $P^2$ 21 ad noc $P^1$ 25 fuerant *S*: fuerat *PM* propter *Beraldus*: qua propter Σ 26 illo *S* Ciceronis Σ, *corr.* ς

fuerat ipisus et diruta atque incensa erat et consecrata publico sumptu aedificata sit: quod novum et huic primo et adhuc etiam soli contigit.

### CIR. VER. A NOVIS. DCCCXX

(§ 58.) O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! o amentem Paulum, rusticum Marium, nullius consili patres horum amborum consulum qui triumpharunt!

13 Diximus hanc orationem esse dictam Cn. Pompeio Magno II M. Crasso II coss. Pompeii pater bello Italico de Picentibus, M. Crassi pater P. Crassus ante bellum Italicum de Hispanis triumphavit.

### CIR. VER. A NOV. DCLX

(§ 62.) Eadem cupiditate vir summo ingenio praeditus, *C.* Cotta, nullo certo hoste *flagravit*. Eorum neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors peremit.

Credo vos quaerere et quis hic Cotta et quis ille collega Crassi fuerit. Fuit autem C. Cotta orator ille compar P. Sulpici qui est in dialogis Ciceronis de Oratore scriptis. Cum decretus illi esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, cum cicatrix vulneris eius quod ante plures annos in proelio acceperat rescissa esset repente. L. autem Crasso collega fuit Q. Scaevola pontifex qui, cum animadverteret

2 aut adhuc Σ, *corr. Manutius* 4 CIRC. VERS. *P* 5 Furios Σ, *corr. ed. Ald. ex Cic.* 6 Marcellum Σ, *corr.* π *ex Cic.* O amentem π: so ornamentum $SP^1$: ornamentum *Poggius*, *M*: amentem *Cic.* 7 ruscium Σ, *corr.* ς, *Beraldus ex Cic.* 8 auorum Σ, *corr.* π *ex Cic.* triumpharint *Cic. cod. V* 16 C. *add. ed. Ald. ex Cic.* flagravit π *ex Cic.*: . . . . . . . . . . (5 *litt. S*) Σ 18 peremit *S*, *Cic. cod. V*: ademit (ed- *M*) *PM*, *Cic. codd. plerique*: praeripuit *Cic. pal. T* 20 C. *P*: o *S*: *om. M* 22 ille *SM* triumphos mortuos $P^1$, *corr. Poggius* 22–24 triumphus . . . esset *om. S* 24 L. *S*: *om. PM* 25 Q. *om. M*

Crasso propter summam eius in re publica potentiam ac dignitatem senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit rei publicae magis quam collegae habere rationem ac ne fieret S. C. intercessit. Idem provinciam, cuius cupiditate plerique etiam boni viri deliquerant, deposuerat ne sumptui esset †oratio.

## STATIM

(§ 62.) Inrisa est a te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi a qua te longe dixisti abhorrere: qui etiam si minus magnum bellum gesserat, istum honorem omittendum non putavit. Tu eruditior quam Piso.

Quis hic M. Piso fuerit credo vos ignorare. Fuit autem, **14**
ut puto iam nos dixisse, Pupius Piso eisdem temporibus quibus Cicero, sed tanto aetate maior ut adulescentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo et antiquae vitae similitudo et multae erant litterae: orator quoque melior quam frequentior habitus est. Biennio tamen serius quam Cicero consul fuit; triumphavit procos. de Hispania Q. Hortensio Q. Metello Cretico coss. ante Ciceronis consulatum.

## *PAVLO POST*

(§ 65.) Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi, quales non

4 idem *Büchelerr* : sed idem Σ  5 deliquebant (-linq- *M*) Σ, *corr. KS*  6 oratio (ōrō *P*) Σ : aerario *Manutius* : *fort.* populo Romano  8 a Σ : abs *Cic.*  10 gesserat Σ : ut abs te dictum est tamen *add. Cic.* ς  11 omittendum Σ : contemnendum *Cic.*  tu *Cic.* ς : puer Σ  12 Piso *Cic.* ς : ipso *S* : ipse *PM*  14 P. Piso Σ, *corr. Manutius*  16 eo etiam quae Σ, *corr.* ς, *Manutius*  18 secius *S*  22 *add. KS*  23 paratissimi *plerique codd. Cic.*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES ST. MICHAEL'S COLLEGE

modo numquam fuerunt, sed ne *quo* modo fieri quidem posthac possint possum ullo pacto suspicari.

Cn. Pompeii ludos significat quibus theatrum a se factum dedicavit, quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo.

## VER. A NOVIS. DLX

(§ 68.) Est quidam Graecus qui cum isto vivit, homo, vere ut dicam—sic enim cognovi—humanus, sed tam diu *quam diu* aut cum aliis est aut ipse secum.

Philodemum significat qui fuit Epicureus illa aetate nobilissimus, cuius et poemata sunt lasciva.

## CIR. VER. A NOVIS. CCCXX

(§ 82.) Quamquam, quod ad me attinet,
numquam istam imminuam curam infitiando tibi.

Prope notius est quam ut indicandum sit hunc versum esse L. Acci poetae et dici a Thyeste Atreo.

**15**

## CIR. VER. A NOVIS. CC

(§ 89.) Quod populari illi sacerdoti sescentos ad bestias socios stipendiariosque misisti.

Manifestum est P. Clodium significari.

1 unquam *P* quo *om.* Σ, *suppl. Poggius ex Cic.* quidem fieri *P* 2 possum] possunt *S* pacto] modo $P^1$, *corr. Poggius* 7 A VISS. *SP* 8 quidem *PM* 9 uere ut Σ: ut vere *Cic. cod. V* 10 quamdiu *add. ed. Ald. ex Cic.* aut cum Σ *Cic. cod. V teste Ströbel*: cum *cett. codd. Cic.* 12 filodemum *P*: filio demum *SM* 13 lascivia *S* 14 ANVOS *SP* 16 in faciendo *S* 17 iudicandum Σ, *corr. Beraldus* 19 NOVIS. *ed. Iunt.*: NO *SP* 21 socios stipendarios quoque Σ, *corr. ed. Ven.*: amicos sociosque *Cic.*

## CIR. VER. A. NOVIS. CXX

(§ 94.) Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri?

Legem iudiciariam ante aliquot annos quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone tulit L. Aurelius Cotta praetor, qua communicata sunt iudicia senatui et equitibus Romanis et tribunis aerariis. Rursus deinde Pompeius in consulatu secundo, quo haec oratio dicta est, promulgavit ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter atque antea lecti iudices, aeque tamen ex illis tribus ordinibus, res iudicarent.

## CIR. VER. A NOVIS. LXXXX

(§ 95.) L. Opimius eiectus patria est qui et post praeturam et consul maximis periculis rem publicam liberarat. Non in eo cui facta iniuria est sed in eis qui fecerunt sceleris et conscientiae poena permansit.

Notum est Opimium in praetura Fregellas cepisse, quo facto visus est ceteros quoque nominis Latini socios male animatos repressisse, eundemque in consulatu Fulvium Flaccum consularem et C. Gracchum tribunicium oppressisse, ob quam invidiam postea iudicio circumventus est et in exsilium actus.

2 et quid . . . et quid Σ, *corr. ed. Ald.* 3 quod Σ, *corr. Manutius* iudices *om. P* sumus *P* 5 est *om. S* L. *S*: *om. PM* 9 atque *SM*: que *P* 11 A NOVIS *ed. Iunt.*: A NIIO *S*: ANVO *P* 12 patria *Poggius in mg.*: pr̃io *S*: . . . . . . *P*[1]*M* (est e patria *Cic.*) post praeturam Σ: praetor *Cic.* 13 rem p. periculis *Cic.* 14 in eum cui Σ, *corr. Lodoicus ex Cic.* est iniuria *Cic.* 16 permansit *Cic. cod. E*: remansit Σ, *Cic. codd. dett.* 17 ex praetura *Rau* 18 pacto Σ, *corr. Madvig* 19 Fulvium Flaccum *om. S*

16 *KS*

# Q. ASCONI PEDIANI

## PRO M. SCAVRO

Hanc quoque orationem eisdem consulibus dixit quibus pro Vatinio, L. Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro coss. Summus iudicii dies fuit a. *d.* IIII Nonas Septemb.

### ARGVMENTVM HOC EST

M. Scaurus M. Scauri filius qui princeps senatus fuit vitricum habuit Sullam : quo victore et munifico in socios victoriae ita abstinens fuit ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. Aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo ut in eius impensas opes suas absumpserit magnumque aes alienum contraxerit. Ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et valde arroganter : quod genus morum in eo paternum videbatur, cum cetera industria nequaquam esset par. Erat tamen aliquando inter patronos causarum et, postquam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone, isque erat absolutus a. d. IIII Nona Quint. Ipse cum ad consulatus petitionem a. d. III Kal. Quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis, a P. Valerio Triario, adulescente parato ad dicendum et notae industriae

*Tit.* Q. ASCONI PEDIANI IN L. PISONEM. PRO (Q. PRO *S*) SCAVRO *SP* : *om. M* 2 batinio *S* et *del. KS* (*cf.* 7. 22, 72. 6) 3 a. d. *Beier* : a Σ : ad *ed. Ald.* 7 uictricum Σ, *corr. Manutius* syllam Σ, *ita semper* 16 et *Madvig* : sed Σ : scilicet *Baiter* 17 co catone isque *S* : eo catone cisque $P^1$, *corr. Poggius, M* ad IIII (III *P*) Σ, *corr. Beier* (*ita mox*) 18 ipse $SP^1$ : inde *Poggius* : inde ipse *M* Quinto *S* 19 eo] quo *S* 20 Triario *om. S*

—filio eius qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat et post in Asia legatus Pontoque L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret—postulatus *est* apud M. **17** Catonem praetorem repetundarum, ut in Actis scriptum est, pridie Nonas Quintil. post diem tertium quam *C.* Cato erat absolutus. Subscripserunt Triario in Scaurum L. Marius L. f., *M.* et Q. Pacuvii fratres cognomine Claudi. Qui inquisitionis in Sardiniam itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt neque profecti sunt ad inquirendum: cuius rei hanc causam reddebant, quod interea comitia consularia futura essent; timere ergo se ne Scaurus ea pecunia quam a sociis abstulisset emeret consulatum et, sicut pater eius fecisset, ante quam de eo iudicari posset, magistratum iniret ac rursus ante alias provincias spoliaret quam rationem prioris administrationis redderet. Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in necessitudine Cn. Pompeii Magni reponebat. Habebat enim filium liberorum Cn. Pompeii fratrem: nam Tertiam, Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem qui id iudicium, ut diximus, exercebat metuebat admodum propter amicitiam quae erat illi cum Triario: nam Flaminia, Triarii mater, et ipse Triarius sororem Catonis Serviliam, quae mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat; ea porro apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. Sed in eo iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit—videbatur enim apud animum

3 est *add. Baiter* 5 non. quint. *P*: nonis quintio *SM* C. *add. Heinrich* 6 in] m *S* Q. Marius Σ, *corr. Lodoicus* 7 M. *add. Manutius* pacuuii *S*: pacuijii *P*: pacuii *M* Claudii Σ, *corr. Manutius*: Caldi *Pighius* (*cf. C. I. R.* 2451) 8 inquisitiones *SM*: inquisitionem *P*, *corr. KS* corsicas *S* 10 quod *P*: quoad *SM* 11 essent *S*: erant *PM* 12 ab sociis *P* consulatum *P*: consulatus *SM* 14 iniret *P*: inire *M*: in re *S* ante] in *S* spoliare *S* 16 necessitudine (-ē) *SM*: *om. P* 19 filium Σ, *corr.* ς, *ed. Ven.* 22 Triarii] Triaria Σ, *corr.* ς. *ed. Iunt.* 24 diligebant *KS* mater nam *SP*[1], *corr. Poggius, M* 25 in eo π: in et *SP*[1]: in *M*: ei in *KS*

eius non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Muciam crimine impudicitiae ab eo dimissam levius fecisse existimaretur, cum eam ipse probasset, quam gratiae adquisisse necessitudinis iure, quod ex eadem uterque liberos haberet—neque Cato ab aequitate ea quae et vitam eius et magistratum illum decebat quoquam deflexit. Post diem autem quartum quam postulatus erat Scaurus Faustus Sulla
18 tum quaestor, filius Sullae Felicis, frater ex eadem matre Scauri servis eius vulneratis prosiluit ex lectica et questus est prope interemptum esse *se a* competitoribus Scauri et ambulare cum CCC armatis seque, si necesse esset, vim vi repulsurum.

Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quattuor uteretur: at post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum. Fuerunt autem hi sex: P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. Ipse quoque Scaurus dixit pro se ac magnopere iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusae memoria ac favore populari ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

# ENARRATIO

## CIRCA VER. *A* PRIM. XXXX

(I. 1.) cum enumerat iudicia quae pater Scauri expertus est:

1 contradixisse *S* 5 ea quam Σ, *corr. Beraldus* 7 quartum *ed. Iunt.*: IIII Σ: quartam *ed. Ven.* 9 servus eius vulneratus Σ, *corr. Heinrich*: cum servus eius esset vulneratus *Halm* lecticiis Σ, *corr. Heinrich*: lecticariis *Rau* 10 pro interempto esse Σ, *corr. Lodoicus* 11 necesset uiuum *S* 13 defenderent *S* 14 ac Σ, *corr. Hotoman* 15 ad π: ante Σ 16 sex *P*: et *S*: se et *M. del. Manutius* 18 magnopere iudices *P*: magno per iudices *S*: magnopere i . . . . *M* 20 effusa Σ, *corr. Heinrich* 23 A *add. ed. Ald.* 24 enumeraret Σ, *corr. ed. Lugd.*

Subiit etiam populi iudicium inquirente Cn. Domitio tribuno plebis.

Cn. Domitius qui consul fuit cum *C.* Cassio, cum esset tribunus plebis, iratus Scauro quod eum in augurum collegium non cooptaverat, diem ei dixit apud populum et multam irrogavit, quod eius opera sacra populi Romani deminuta esse diceret. Crimini dabat sacra publica populi Romani deum Penatium quae Lavini fierent opera eius mi- 19
nus recte casteque fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus quidem, sed ita ut a tribus tribubus damnaretur, a XXXII absolveretur, et in his pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent.

## IBIDEM

(2.) Reus est factus a Q. Servilio Caepione lege Servilia, cum iudicia penes equestrem ordinem essent et P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur ut non timeret illa.

Q. Servilius Caepio Scaurum ob legationis Asiaticae invidiam et adversus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege quam tulit Servilius Glaucia. Scaurus tanta fuit continentia animi et magnitudine ut Caepionem contra reum detulerit et breviore die inquisitionis accepta effecerit ut ille prior causam diceret ; M. quoque Drusum tribunum plebis cohortatus sit ut iudicia commutaret.

1 subit Σ, *corr. Mai*  anquirente *Mommsen*  3 C. *add. Manutius*  4 collegium *P* : collegio *SM*  6 multam *M* : mulctam *SP* multa *add. post* sacra Σ, *ego delevi* (*cf.* 26. 11, 27. 8 *et* 9, 48. 5)  7 deminuta *S* : diminuta *PM*  8 lauini *P* : labini *SM*  fuerunt Σ, *corr. Manutius*  10 XXXII *S* : XXXVII *PM*  11 eis Σ, *corr. Bücheler*  12 essent $P^1$  17 timeret *P* : timere *SM*  18 Q. *Poggius* : que Σ  19 et *del. Mommsen*  reum *P* : rerum *SM*  20 Glaucia] claudia gracchia Σ, *corr. Lodoicus*  22 contrarium Σ, *corr. Manutius*  24 sit] fuit *S*

## IBIDEM

(3.) Ab eodem etiam lege Varia custos ille rei publicae proditionis est in crimen vocatus: vexatus a Q. Vario tribuno plebis est.

Non multo ante, Italico bello exorto, cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, Q. Varius tr. pl. legem tulit ut quaereretur de iis quorum ope consiliove socii contra populum Romanum arma sumpsissent. Tum Q. Caepio vetus inimicus Scauri sperans se invenisse occasionem opprimendi eius *egit* ut Q. Varius tribunus plebis belli con-
**20** citati crimine adesse apud se Scaurum iuberet anno LXXII. Ille per viatorem arcessitus, cum iam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis ne se in illa valetudine et aetate invidiae populi obiceret, innixus nobilissimis iuvenibus processit in forum, deinde accepto respondendi loco dixit: 'Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus socios in arma ait convocasse; M. Scaurus princeps senatus negat; testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere?' Qua voce ita omnium commutavit animos ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur.

Dicit iterum de patre M. Scauri:

(4.) Non enim tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. Primus enim me flagrantem studio laudis in spem impulit posse virtute me sine praesidio fortunae quo contendissem labore et constantia pervenire.

2 castos Σ, *corr.* ς, *ed. Iunt.* r̄ip Σ, *corr. ed. Iunt.* 3 vexatus *om. S* 5 non multo (-tum *S*) antea *Asconio reddidit Patricius* ab Σ, *corr. Poggius* 6 in *om. S* 9 se inuenisse se questionem *S*: inuenisse se (se se *M*) quaestionem *PM*, *corr. Manutius*: se invenisse sequestrem *KS*: *fort.* se invenisse ea quaestione rationem 10 egit *om. SP*¹, *suppl. Poggius, M* uapius *SP*¹, *corr. Poggius, M* 11 iubere *S* annorum *KS* 12 arcess. *PM*: accers. *S* (*ita* 23. 16) 16 senatus (t' *M*) *PM*: senatorem *S* 25 intulit *S* uirtutem sine Σ, *corr. Mommsen* 26 contendisset *Manutius*

Possit aliquis quaerere cur hoc dixerit Cicero, cum Scaurus patricius fuerit: quae generis claritas etiam inertes homines ad summos honores provexit. Verum Scaurus ita fuit patricius ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater neque avus neque etiam proavus—ut puto, propter tenues opes et nullam vitae industriam—honores adepti sunt. Itaque Scauro aeque ac novo homini laborandum fuit.

(5.) Si, me hercule, iudices, pro L. Tubulo dicerem quem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepimus, tamen non timerem, venenum hospiti aut convivae si diceretur cenanti ab illo datum cui neque heres neque iratus fuisset.

L. hic Tubulus praetorius fuit aetate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia cum de exsilio arcessitus esset ut in carcere necaretur, venenum bibit.

## CIRCA TERTIAM PARTEM A PRIMO 21

(II. 1.) *Illa* audivimus; hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse.

Hic Crassus fuit pater Crassi eius qui aemulus potentiae Cn. Pompeii fuit. Periit autem in dominatione L. Cinnae, cum ille et alios principes optimatum et collegam suum Cn. Octavium occidit.

2 caritas Σ, *corr.* π 5 nam neque] nanque *S* 6 proauus etiam *P* 9 tubulẽ *S* 10 quem unum *P* : q̄. in unum *S* : q̄; munum *M* et omni Σ, *corr. Lodoicus* et audacissimum *om. S* 16 ut *SM* : ne *P* 17 carcere *S* : carcerem *PM* (in carcerem duceretur *Rau*) 18 CIRC. *P* 19 illa *add. Manutius* audiuimus *S* : audimus *PM* 21 supsum $S^1$ 24 periit *S* : perit *PM*

## [STATIM

(2.) Ac neque illius Crassi factum superioris isdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, *M'.* Aquilius potuit imitari.

Haec verba quibus Cicero nunc utitur, ac neque, eam videntur habere naturam ut semel poni non soleant; quia est coniunctio disiunctiva et semper postulat ut rursus inferatur neque, ut cum dicimus neque hoc neque illud. Quo autem casu acciderit quave ratione ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, praesertim cum adiecerit illam appositionem, ut non intulerit postea alterum, neque perspicere potui et attendendum esse valde puto: moveor enim merita viri auctoritate. Neque ignoro aliquando hoc verbum neque vel semel poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit: Sic, inquam, se, iudices, res habet; neque hoc a me novum disputatur sed quaesitum ab aliis est. Sed hoc loco et sine praepositione illius verbi videmus esse positum, et tamen quasi secundum aliquid inferri. Nam cum dixerit neque hoc a me novum disputatur, infert sed quaesitum ab aliis est.]

## PAVLO POST

**22** (2.) Quid vero alterum Crassum temporibus isdem —num aut clarissimi viri Iulii aut summo ingenio praeditus M. Antonius potuit imitari?

1–20 *Asconio abiudicavit Madvig* 2 ac neque illius] atque illius *scr. Poggius, mox ipse delevit* factum neque Σ, *corr. Poggius in mg. P* 4 M'. *add. Manutius* 5 eam *Poggius, M*: enim $SP^1$ (non *P mg.*) 6 simul Σ, *corr. Poggius* 7 ut semper Σ, *corr. Manutius* inferat *S* 8 et neque cum dicimus ut neque hoc Σ, *corr. Lodoicus* 9–10 quave . . . adiecerit *om. S* 10 ita usus *Poggius, M*: s usus $P^1$ 11 ut non *KS*: ut nomen Σ: et nomen *Manutius* 17 ut sine Σ, *corr. Manutius* uideamus Σ, *corr. Manutius* 18 quasi *Bücheler*: quo sit Σ: post *Manutius* 23 nam Σ, *corr. ed. Ald.* ingenio Σ: imperio *Cic.*

Hic alter Crassus idem est de quo supra diximus. Alterum autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi qui fuit pontifex maximus et bello Aristonici in Asia dedit operam ut occideretur. Iulios autem cum dicit, duos Caesares fratres C. et L. significat: ex quibus Lucius et consul et censor fuit, Gaius aedilicius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpicio tr. fuerit. Nam et sperabat et id agebat Caesar ut omissa praetura consul fieret: cui cum primis temporibus iure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter primos temporis sui oratores et tragicus poeta bonus admodum habitus est; huius sunt enim tragoediae quae inscribuntur Iuli. Et hi autem Iulii et Antonius a satellitibus Mari sunt occisi, cum Crassus, ut supra diximus, eundem casum sua manu praevenisset.

## CIR. MEDIVM

(33 *sq.*) Neque vero haec ipsa cotidiana res Appium Claudium illa humanitate et sapientia praeditum per se ipsa movisset, nisi hunc C. Claudi fratris sui competitorem fore putasset. Qui sive patricius sive plebeius esset—nondum enim certum constitutum erat—cum illo sibi contentionem fore putabat.

Fuerunt enim duae familiae Claudiae: earum quae Mar-

3 pene max. *S* Asiam Σ, *corr. Beraldus* 4 iulius *S* 6 censor *Madvig*: pretor Σ Gaius] C. *PM*: cum *S* 7 causas *S*$P^1$, *corr. Poggius, M* 8 P. Sulpicio *KS* (*in Addendis*) tr. pl. *KS* 9 omissa (omm. *M*) *PM*: ob omissa *S* 10 resistat *S*$P^1$, *corr. Poggius, M* postea *P*: et postea *SM* 11 idem . . . bonus *om. S* 12 sui temporis *P* 20 C. *Cic.*: *om.* Σ 21 competitorem *P*: compeditorem *S*: comperitorem *M* 22 nondum Σ: non *Cic. pal. A* constitutum erat Σ: constituerat *Cic.* 23 illo Σ: hoc *Cic* 24 Claudiae familiae *P* earumque Σ: *corr. Lodoicus*

cellorum appellata est plebeia, quae Pulchrorum patricia. Sed hoc loco urbane Cicero lusit in *C.* Claudium, cum quo
23 in gratiam non redierat. Nam quia is P. Clodi erat frater qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, eum quoque dubitare adhuc dixit.

## POST DVAS PARTES ORATIONIS

dicit dein de Scauro quem defendit:

(45.) Nam cum ex multis unus ei restaret Dolabella paternus inimicus qui cum Q. Caepione propinquo suo contra Scaurum patrem suum subsignaverat: eas sibi inimicitias non susceptas sed relictas et cetera.

Ne forte erretis et eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse in quem C. Caesaris orationes legitis, scire vos oportet duos eodem *eo* tempore fuisse et praenomine et nomine et cognomine Dolabellas. Horum igitur alterum Caesar accusavit nec damnavit; alterum M. Scaurus et accusavit et damnavit.

## POST TRES PARTES *A* PRIMO

quo loco defendit, quod tam magnificam domum Scaurus habet:

(45.) Praesertim cum propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis.

1 plebeiaque (-que et *P*) Σ, *corr. Manutius* 2 C *add. Rau* 5 eum *scripsi*: se Σ: ipsum *Madvig* (*vel* C.) 7 dixit Σ, *corr. Manutius* dein de *S*: deinde *P*: dein *M* 8 dolabella *M*: dolobella *SP* (*ita semper*) 9 quicumque *S* 10 suum *del. Halm* obsignauerat Σ, *corr. Mommsen* 11 eas] ceteras *add. S* (*e v.* 12 *repetit.*): steteras *add. PM*, *del. Kreyssig* sibi *om. S* 12 relatas Σ, *corr. Beier* 13 erretis $S^2P$: erratis $S^1M$ esse putetis *S* 15 eodem eo tempore *scripsi*: eodem tempore Σ: eodem tempore eodem *Baiter* 16 Dolabellam *post* alterum *add.* Σ, *del. Manutius* 19 POST TRES PARTES. Primo *P*: *prioribus continuant SM* A *om.* Σ, *suppl. Baiter*

Demonstrasse vobis memini me hanc domum in ea parte Palatii esse quae, cum ab Sacra via descenderis et per proximum vicum qui est a sinistra parte prodieris, posita est. Possidet eam nunc Largus Caecina qui consul fuit cum Claudio. In huius domus atrio fuerunt quattuor columnae marmoreae insigni magnitudine quae nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur. Vsus erat iis aedilis—ut ipse 24
quoque significat—in ornatu theatri quod ad tempus perquam amplae magnitudinis fecerat.

## VER. A NOV. * * *

(45.) Haec cum tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis ut M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, sordidissimae, vanissimae, levissimae genti ac prope dicam pellitis testibus condonetur?

Avum hunc Scauri maternum significat L. Metellum pontificem maximum, quem postea nominat quoque. Nam paternus avus proavusque Scauri humiles atque obscuri fuerunt.

## VER. A NOVIS. CLX

(46.) Vndique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quocumque non modo mens verum etiam oculi inciderunt. Curia illa vos de gravissimo

3 est ab *P* proderis Σ, *corr.* ς, *ed. Iunt.* 4 posset *SP*[1], *corr. Poggius, M* Largus *Lipsius* : longus (lognus *S*) Σ cicina *S* : cicinna *PM*, *corr. Manutius* 7 is (his *P*) Σ, *corr. Beraldus* 8 ut in Σ, *corr. Poggius* 9 ampla Σ, *corr. KS* magnitudine *Poggius* magne *post* magnitudinis *add.* Σ, *del. Manutius* 11 effugere *P*: effigere *SM* 12 postulas *S* 13 cura patris *S* 14 levissime *hoc loco hab. S, ante* vanis. *P, om. M* 16 nunc Σ, *corr. KS* scaurum *S* 17 quoque nominat *P* 18 maternus *S* scauri *P* : . . . . . . . . . . . . . . *S* : scauri . . . . . . . . . . *M* : Scauri ut supra diximus *KS* 23 inciderint Σ, *corr. Halm* grauissimo *PM* : clarissimo patri *S*

principatu patris fortissimoque testatur; L. ipse Metellus, avus huius, sanctissimos deos illo constituisse templo videtur in vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur.

Castoris et Pollucis templum Metellus quem nominat refecerat.

Laudaverunt Scaurum consulares novem, L. Piso, L. Volcacius, Q. Metellus Nepos, M. Perpenna, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortensius, P. Servilius Isauricus pater, Cn. Pompeius Magnus. Horum magna pars per tabellas lauda-
**25** verunt quia aberant: inter quos Pompeius quoque; nam quod erat pro cos. extra urbem morabatur. Vnus praeterea adulescens laudavit, frater eius, Faustus Cornelius Sullae filius. Is in laudatione multa humiliter et cum lacrimis locutus non minus audientes permovit quam Scaurus ipse permoverat. Ad genua iudicum, cum sententiae ferrentur, bifariam se diviserunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse et M'. Glabrio, sororis filius, et *L.* Paulus et P. Lentulus, Lentuli Nigri flaminis filius, et L. Aemilius Buca filius et C. Memmius, Fausta natus, supplicaverunt; ex altera parte Sulla Faustus, frater Scauri, et T. Annius Milo, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et C. Peducaeus et C. Cato et M. Laenas Curtianus.

Sententias tulerunt senatores duo et xx, equites tres et xx, tribuni aerarii xxv: ex quibus damnaverunt senatores IIII, equites II, tribuni II.

3 in templo *P* 4 deprecaretur *PM* 6 referat Σ, *corr. Beraldus* 7 L. Volcacius, Q. *Manutius*: m. uol. quintus *S*: m. uol. Q. *P*: m. uol. uolq̃ *M* 8 M. Perpenna] L. Murena *Manutius* 9 hisauricus pr. Σ, *corr. Manutius* 11 qui aberant Σ, *corr. Manutius* 14 humiliter *P*: similiter *SM* 16 cum *om. S* 17 se diuiserunt *P*: sed iusserunt *M*: set uisserunt *S* 18 M. Σ, *corr. Manutius* L. *add. KS* (*in Addendis*) 21 T. Annius Milo *Beier*: C (gn. *S*) aronius limo Σ 23 C. Peduc. *S*: T. Peduc. *PM* et Molena (M. olena *P*) scortianus Σ, *corr. Madvig* 25 duo et] IV et *Manutius* 26 XXV] XXII *Manutius*

Cato praetor, *Cicero* cum vellet de accusatoribus in consilium mittere multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitae multitudini ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. P. Triarius nullam gravem sententiam habuit; subscriptores eius M. et Q. Pacuvii fratres denas et L. Marius tres graves habuerunt.

Cato praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descendebat iusque dicebat, idque repetierat ex vetere consuetudine secundum quam et Romuli et Tati statuae in Capitolio et in rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis.

1 praetor *Sozomenus* : praeter *S* : praeterea *PM* Cicero *supplevi* (*videtur* C. *ante* cum *excidisse*, *cf.* 48. 14, 33. 23) 4 P. *KS* : C. Σ (*cf.* 18. 19) 5 Q. pacuvii *P* : que pacubii *SM* 7 aestate *P* : etate *S* : a frate *M* 8 campestre Σ, *corr. Beraldus* 9 descenderat Σ, *corr. Orelli* reppererat Σ, *corr. Patricius* (*cf.* 55. 10) et uetere Σ, *corr. ed. Iunt.* 10 et Tati *KS* : ac Tati *Gronovius* : etatis Σ statuae *π* : capuae (-yae *S*) Σ

26 KS

# PRO MILONE

*Orationem* hanc dixit Cn. Pompeio III cos. a. d. VII Id. April. Quod iudicium cum ageretur, exercitum in foro et in omnibus templis quae circum forum sunt collocatum a Cn. Pompeio fuisse *non* tantum ex oratione et annalibus, sed etiam ex libro apparet qui Ciceronis nomine inscribitur de optimo genere oratorum.

## ARGVMENTVM HOC EST

*T.* Annius Milo et P. Plautius Hypsaeus et Q. Metellus Scipio consulatum petierunt non solum largitione palam profusa sed etiam factionibus armatorum succincti. Miloni et Clodio summae erant inimicitiae, quod et Milo Ciceronis erat amicissimus in reducendoque eo enixe operam tr. pl. dederat, et P. Clodius restituto quoque Ciceroni erat infestissimus ideoque summe studebat Hypsaeo et Scipioni contra Milonem. Ac saepe inter se Milo et Clodius cum suis factionibus Romae depugnaverant: et erant uterque audacia pares, sed Milo pro melioribus partibus stabat. Praeterea in eundem annum consulatum Milo, Clodius praeturam petebat, quam debilem futuram consule Milone intellegebat. Deinde cum diu tracta essent comitia
27 consularia perficique ob eas ipsas perditas candidatorum

*Tit.* PRO M. SCAVRO FINIS INCIPIT PRO MILONE *SP*: *om. M* 1 orationem *add. hoc loco Stangl*, *post* hanc *KS* VII *scripsi*: VI Σ 3 omnibus in *P* 4 non *Poggius, Sozomenus*: *om.* Σ ex ea ratione Σ, *corr. Manutius* 5 describitur *S* 8 T. *add. Manutius* hypseus *M*: hyphaeus *S*: hipseus *P* 11 quod] q. d. *S* 12 tr. pl. *Rinkes*: rei p. Σ 13 quoque *S*: qụẹ *P*: *om. M* 16 erat Σ, *corr.* ς, *Baiter* 17 parẹṣ *P* (*teste Skutsch*)

contentiones non possent, et ob id mense Ianuario nulli dum neque consules neque praetores essent trahereturque dies eodem quo antea modo—cum Milo quam primum comitia confici vellet confideretque cum bonorum studiis, quod obsistebat Clodio, tum etiam populo propter effusas largitiones impensasque ludorum scaenicorum ac gladiatorii muneris maximas, in quas tria patrimonia effudisse eum Cicero significat; competitores eius trahere vellent, ideoque Pompeius gener Scipionis et T. Munatius tribunus plebis referri ad senatum de patriciis convocandis qui interregem proderent non essent passi, cum interregem prodere stata res esset—: a. d. XIII Kal. Febr.—Acta etenim magis sequenda et ipsam orationem, quae Actis congruit, puto quam Fenestellam qui a. d. XIIII Kal. Febr. tradit—Milo Lanuvium, ex quo erat municipio et ubi tum dictator, profectus est ad flaminem prodendum postera die. Occurrit ei circa horam nonam Clodius paulo ultra Bovillas, rediens ab Aricia, prope eum locum in quo Bonae Deae sacellum est; erat autem allocutus decuriones Aricinorum. Vehebatur Clodius equo; servi XXX fere expediti, ut illo tempore mos erat iter facientibus, gladiis cincti sequebantur. Erant cum Clodio praeterea tres comites eius, ex quibus eques Romanus unus C. Causinius Schola, duo de plebe noti homines P. Pomponius, *C. Clodius*. Milo raeda vehebatur cum uxore Fausta, filia L. Sullae dictatoris, et M. Fufio familiari suo. Sequebatur eos

3 cum *Baiter*: dum Σ 4 conficeretque Σ, *corr. Rinkes* 5 obsidebat *S* 6 impensas quoque Σ, *corr. Baiter* 7 gladiatorii *P*: gladiatoru; *M*: gladiatorum *S* patrimonia π, *M*: p̃lia *S*: prelia *P*[1] 9 genere *S* 10 l. numatius Σ, *corr. Manutius* 12 proderent *M*[1] stata res esset *Mommsen*: obstatores essent *S*: ortatores esset *P*: ostatores esset *M*: *fort.* hortatus eos esset (*cf.* 33. 1) XIII *Hotoman*: III *SP*: tersa *M* 13 magis *om. M* 16 ibi *P* prodendum. Postera *P* 21 iter facientibus *P*: interficientibus *SM* 23 eques r. *P*: eque (aeque *S*) sr̃. *SM* Cassinius Σ, *corr. Halm* 24 noti *Madvig*: noui *P*: non *SM* C. Clodius *add. Manutius* 26 fusio Σ, *corr. Manutius* familiare Σ, *corr. ed. Ald.*

28 magnum servorum agmen, inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus duo noti Eudamus et Birria. Ii in ultimo agmine tardius euntes cum servis P. Clodi rixam commiserunt. Ad quem tumultum cum respexisset Clodius minitabundus, umerum eius Birria rumpia traiecit. Inde cum orta esset pugna, plures Miloniani accurrerunt. Clodius vulneratus in tabernam proximam *in* Bovillano delatus est. Milo ut cognovit vulneratum Clodium, cum sibi periculosius illud etiam vivo eo futurum intellegeret, occiso autem magnum solacium esset habiturus, etiam si subeunda esset poena, exturbari taberna iussit. Fuit antesignanus servorum eius M. Saufeius. Atque ita Clodius latens extractus est multisque vulneribus confectus. Cadaver eius in via relictum, quia servi Clodi aut occisi erant aut graviter saucii latebant, Sex. Teidius senator, qui forte ex rure in urbem revertebatur, sustulit et lectica sua Romam ferri iussit; ipse rursus eodem unde erat egressus *se* recepit. Perlatum est corpus Clodi ante primam noctis horam, infimaeque plebis et servorum maxima multitudo magno luctu corpus in atrio domus positum circumstetit. Augebat autem facti invidiam uxor Clodi Fulvia quae cum effusa lamentatione vulnera eius ostendebat. Maior postera die luce prima multitudo eiusdem generis confluxit, compluresque noti homines visi sunt. Erat domus Clodi ante paucos menses empta de M. Scauro in Palatio: eodem *T.* Munatius Plancus, frater L. Planci oratoris, et Q. Pompeius Rufus, Sullae dictatoris ex filia nepos, tribuni

2 eudamius *S* ii] ·II· *S* 5 rumpia traiecit *P*: rumpit atraiecit *S*: rumpi atra traiecit *M* 7 in *add. Madvig* bovillano *P*: uobillano *S*: bobillano *M* 11 tabernam Σ, *corr. Madvig* aut signa unus Σ, *corr. ed. Ven.* 12 M. fustenus (*om.* $P^1$) Σ, *corr. Manutius* 15 latebant] iacebant *Halm* Tedius Σ (*at cf. C. I. R.* i. 1090) 16 in *om. S* 17 egressus se *Madvig*: regressum Σ 19 infirmeque Σ, *corr. ed. Iunt.* 20 corpus *del. Halbertsma* 24 visi ς, *Rinkes*: elisi Σ inter quos C. Vibienus senator *post* sunt *add.* Σ *ex Cic.* § 37, *del. Rinkes* 26 T. *add. Manutius*

plebis accurrerunt: eisque hortantibus vulgus imperitum corpus nudum ac calcatum, sicut in lecto erat positum, ut vulnera videri possent in forum detulit et in rostris posuit. Ibi pro contione Plancus et Pompeius qui competitoribus 29 Milonis studebant invidiam Miloni fecerunt. Populus duce Sex. Clodio scriba corpus P. Clodi in curiam intulit cremavitque subselliis et tribunalibus et mensis et codicibus librariorum; quo igne et ipsa quoque curia flagravit, et item Porcia basilica quae erat ei iuncta ambusta est. Domus quoque M. Lepidi interregis—is enim magistratus curulis erat creatus—et absentis Milonis eadem illa Clodiana multitudo oppugnavit, sed inde sagittis repulsa est. Tum fasces ex luco Libitinae raptos attulit ad domum Scipionis et Hypsaei, deinde ad hortos Cn. Pompeii, clamitans eum modo consulem, modo dictatorem.

Incendium curiae maiorem aliquanto indignationem civitatis moverat quam interfectio Clodi. Itaque Milo, quem opinio fuerat ivisse in voluntarium exsilium, invidia adversariorum recreatus nocte ea redierat Romam qua incensa erat curia. Petebatque nihil deterritus consulatum; aperte quoque tributim in singulos milia assium dederat. Contionem ei post aliquot dies dedit M. Caelius tribunus plebis ac Cicero ipse etiam causam egit ad populum. Dicebant uterque Miloni a Clodio factas esse insidias.

Fiebant interea alii ex aliis interreges, quia comitia consu-

1 accurrerunt *S*: accucurrerunt *PM* obstantibus Σ, *corr.* π 2 ac calcatum *Daniel*: caldatum Σ: calciatum *Manutius* 3 possent *P*: possint *SM* 5 duce Sex. *P*: duces et *SM* 7 menis *S*: mens *PM*, *corr.* ς, *ed. Iunt.* 9 basilica *P*: ballica (bali- *M*) *SM* 12 sed inde *Halm*: deinde Σ 13 luco *Wagener*: lecto Σ libitineratos Σ, *corr. Manutius* 14 adortos Σ, *corr. ed. Iunt.* 17 interfectio *P*: interfecti *SM* 19 retractus *S*[1] romam *P*: domum romam *S*: romam romam *M* 20 nihil deterritus *Madvig*: milo deterius Σ: nihilo deterius *ed. Ald.* 21 singulos singula *KS* 23 ac Cicero ς: ac ci *P*: acci *S*: aci *M*: atque *Madvig* egit *Madvig*: etiam (et *M*) Σ: eius egit *Halm* dicebat *Madvig* 25 qui Σ, *corr. Beraldus*

laria propter eosdem candidatorum tumultus et easdem manus armatas haberi non poterant. Itaque primo factum erat S. C. ut interrex et tribuni plebis et Cn. Pompeius, qui pro cos. ad urbem erat, viderent ne quid detrimenti res publica caperet, dilectus autem Pompeius tota Italia haberet. Qui cum summa celeritate praesidium comparasset, postulaverunt apud eum familiam Milonis, item Faustae uxoris eius exhibendam duo adulescentuli qui **30** Appii Claudii ambo appellabantur; qui *filii* erant C. Claudi, qui frater fuerat Clodi, et ob id illi patrui sui mortem velut auctore patre persequebantur. Easdem Faustae et Milonis familias postulaverunt duo Valerii, Nepos et Leo. L. Herennius Balbus P. Clodi quoque familiam et comitum eius postulavit; eodem tempore Caelius familiam Hypsaei et Q. Pompeii postulavit. Adfuerunt Miloni Q. Hortensius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cato, Faustus Sulla. Verba pauca Q. Hortensius dixit, liberos esse eos qui pro servis postularentur; nam post recentem caedem manu miserat eos Milo sub hoc titulo quod caput suum ulti essent. Haec agebantur mense intercalari. Post diem tricesimum fere quam erat Clodius occisus Q. Metellus Scipio in senatu contra Q. Caepionem conquestus est de hac caede P. Clodi. Falsum esse dixit, quod Milo sic se defenderet, sed Clodium Aricinos decuriones alloquendi gratia abisse profectum cum sex ac XX servis; Milonem subito post horam

1 eosdem *Richter*: eorum Σ eadem . . . armata Σ, *corr.* ς, *ed. Iunt.* 2 habere *Poggius* 4 erant *SM* 9 filii *om.* Σ, *suppl. hoc loco KS, post* Claudi *ed. Iunt.* 11 prosequebantur Σ, *corr. Beraldus* 12 ualerũtiae potes *S*: ualerii nepotes *PM*, *corr. Manutius* 13 L. *scripsi*: et L. Σ: *in sequentibus interpunctionem emendavi: vulgo semicolon post* Caelius *ponitur* (*ita* Σ) *et lacuna ante* adfuerunt *statuitur* (*contra* Σ) 18 dixit *Beraldus*: dixitque Σ: fecit dixitque *KS* 19 recentem *P*: tricentum *SM* 23 M. Caepionem Σ, *corr. Manutius* (*cf. Phil.* x. 26) de hac *SM*: hac de *P* 24 sed *scripsi*: et Σ: *lac. statuit Halm* 25 uicinos Σ, *corr.* ς, *Manutius* 26 ex (et *M*) ac Σ, *corr. ed. Ven.*

quartam, senatu misso, cum servis amplius CCC armatis obviam ei contendisse et supra Bovillas inopinantem *in* itinere aggressum. Ibi P. Clodium tribus vulneribus acceptis Bovillas perlatum; tabernam in quam perfugerat expugnatam a Milone; semianimem Clodium extractum . . . . . . . . in via Appia occisum esse anulumque eius ei morienti extractum. Deinde Milonem, cum sciret in Albano parvolum filium Clodi esse, venisse ad villam et, cum puer ante subtractus esset, ex servo Halicore quaestionem ita habuisse ut eum articulatim consecaret; vilicum et duos praeterea servos iugulasse. Ex servis Clodi qui dominum defenderant undecim esse interfectos, Milonis 31 duos solos saucios factos esse: ob quae Milonem postero die XII servos qui maxime operam navassent manu misisse populoque tributim singula milia aeris ad defendendos de se rumores dedisse. Milo misisse ad Cn. Pompeium dicebatur qui Hypsaeo summe studebat, quod fuerat eius quaestor, desistere se petitione consulatus, si ita ei videretur; Pompeius respondisse nemini se neque petendi neque desistendi auctorem esse, neque populi Romani potestatem aut consilio aut sententia interpellaturum. Deinde *per* C. Lucilium, qui propter M. Ciceronis familiaritatem amicus erat Miloni, egisse quoque dicebatur ne se de hac re consulendo invidia oneraret.

Inter haec cum crebresceret rumor Cn. *Pompeium* creari dictatorem oportere neque aliter mala civitatis sedari posse,

2 uobillas *SP*: bubillas *M* (*ita mox*) in *add. Manutius* 3 ubi *S*[1] 5 extractum . . . . . . . (10 *litt. P*) Σ: *fort.* iussu Milonis *supplendum* 6 eius] etiam *Eberhard* 8 paruulum *S* esse, uenisse *Baiter*: in uenisse *SM*: uenisse *P* 9 Halicore *SP*: talicore *M*: Olipore *Mommsen* 10 consecarent Σ, *corr. Manutius* 12 defenderint Σ, *corr. KS* milo (-os *M*[1]) Σ, *corr.* π 14 nauassent *P*: nauantessent *S*: narrassent *M* (*in mg.* nanassent) 16 miloni (milo *M*) misse Σ, *corr. Poggius* 17 qui *Baiter*: quod Σ fuerat eius] feraticus Σ 19 Pompeium Σ, *corr. KS* 21 consilium aut sententiam Σ, *corr. Richter* 25 Pompeium *add. ed. Ven.* 26 neque oportere Σ, *corr. Madvig*

visum est optimatibus tutius esse eum consulem sine collega creari, et cum tractata ea res esset in senatu, facto in M. Bibuli sententiam S. C. Pompeius ab interrege Servio Sulpicio v Kal. Mart. mense intercalario consul creatus est statimque consulatum iniit. Deinde post diem tertium de legibus novis ferendis rettulit: duas ex S. C. promulgavit, alteram de vi qua nominatim caedem in Appia via factam et incendium curiae et domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit, alteram de ambitu: poena graviore et forma iudiciorum breviore. Vtraque enim lex prius testes dari, deinde uno die atque eodem et ab accusatore et a reo perorari iubebat, ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur. His legibus obsistere M. Caelius tr. pl. studiosissimus Milonis conatus est, quod et privilegium diceret in Milonem ferri et iudicia praecipitari. Et cum pertinacius leges Caelius vituperaret, eo processit irae Pompeius ut
32 diceret, si coactus esset, armis se rem publicam defensurum. Timebat autem Pompeius Milonem seu timere se simulabat: plerumque non domi suae sed in hortis manebat, idque ipsum in superioribus circa quos etiam magna manus militum excubabat. Senatum quoque semel repente dimiserat Pompeius, quod diceret timere se adventum Milonis. Dein proximo senatu P. Cornificius ferrum Milonem intra tunicam habere ad femur alligatum dixerat; postulaverat ut femur nudaret, et ille sine mora tunicam levarat: tum M. Cicero exclamaverat omnia illi similia crimina esse quae in Milonem dicerentur alia.

1 eum *P*: cum $S^1M$ (*in mg. S* ‘$\overset{s}{c}$ eum’) 2 tracta *S* 4 v] II *S* 7 appia uia *P*: appiam uiam *SM* 9 poenam grauiorem et formam iudiciorum breuiorem Σ, *corr. Richter* 11 dare Σ, *corr. Manutius* ab reo *P* 13 assistere *S* 14 privilegium] peruulgatum *S* 16 legem Σ, *corr. KS* 17 armis se *PM*: se armis *S* 19 et plerumque *Baiter* 20 idque ipse ipsum Σ, *corr.* ς, *Lodoicus* magnanimus Σ, *corr. Manutius* 21 militum *M*: multum *SP* repetundus erat Σ, *corr. Baiter* 23 deinḍ *P* 25 uideret Σ, *corr. Manutius* 26 lauarat (-er- *M*) $S^1M$ exclamarat *S* similia *P*: simili *SM* 27 quae in *P*: quē *SM* dicerentur (-etur *SM*). Alia Σ, *corr. Manutius*

Deinde *T.* Munatius Plancus tribunus plebis produxerat in contionem M. Aemilium Philemonem, notum hominem, libertum M. Lepidi. *Is* se dicebat pariterque secum quattuor liberos homines iter facientes supervenisse cum Clodius occideretur, et ob id cum proclamassent, abreptos et perductos per duos menses in villa Milonis praeclusos fuisse; eaque res seu vera seu falsa magnam invidiam Miloni contraxerat. Idem quoque Munatius et Pompeius tribuni plebis in rostra produxerant triumvirum capitalem, eumque interrogaverant an Galatam Milonis servum caedes facientem deprehendisset. Ille dormientem in taberna pro fugitivo prehensum et ad se perductum esse responderat. Denuntiaverant tamen triumviro, ne servum remitteret: sed postera die Caelius tribunus plebis et Manilius Cumanus collega eius ereptum e domo triumviri servum Miloni reddiderant. Haec, etsi nullam de his criminibus mentionem fecit Cicero, tamen, quia ita compereram, putavi exponenda.
Inter primos et Q. Pompeius et C. Sallustius et T. Munatius 33
Plancus tribuni plebis inimicissimas contiones de Milone habebant, invidiosas etiam de Cicerone, quod Milonem tanto studio defenderet. Eratque maxima pars multitudinis infensa non solum Miloni sed etiam propter invisum patrocinium Ciceroni. Postea Pompeius et Sallustius in suspicione fuerunt redisse in gratiam cum Milone ac Cicerone; Plancus autem infestissime perstitit, atque in Ciceronem

1 T. *add. KS* 3 is *Manutius* : *om.* Σ : qui *Lodoicus* secum] secuta *S* 4 insuperuenisse Σ, *corr. Manutius* 6 perductos *del. Manutius* (*fort.* perductos in villam Milonis per *etc. sic fere Hotoman*) uillam Σ, *corr. Halm* perclusos *S* 8 conflaverat *Rinkes* idem quoque *scripsi* : idemque Σ : itemque *Halm* numatius Σ, *corr. ed. Ven.* 9 perduxerant Σ, *corr. ed. Ven.* compitalem *P* 10 milonis *P* : miloni *SM* 14 caecilius Σ, *corr. Lodoicus* cumanus *S* : camanus *PM* 16 reddiderunt Σ, *corr. Sauppe* etsi *Lodoicus* : et Σ 18 Salustius Σ (*ita semper*) 20 inuidiam Σ, *corr. Manutius* 21 eratque *Manutius* : atque Σ multitudinis $P^1$ : populi *add.* $SP^2M$, *del. Manutius* 22 inuisum *P* : irrisum *SM* Ciceronis patrocinium Σ, *corr. Hotoman*

quoque multitudinem instigavit. Pompeio autem suspectum faciebat Milonem, ad perniciem eius comparari vim vociferatus: Pompeiusque ob ea saepius querebatur sibi quoque fieri insidias et id palam, ac maiore manu se armabat. Dicturum quoque diem Ciceroni Plancus ostendebat postea, ante Q. Pompeius idem meditatus erat. Tanta tamen constantia ac fides fuit Ciceronis ut non populi a se alienatione, non Cn. Pompeii suspicionibus, non periculo futurum ut sibi dies ad populum diceretur, non armis quae palam in Milonem sumpta erant deterreri potuerit a defensione eius: cum posset omne periculum suum et offensionem inimicae multitudinis declinare, redimere autem Cn. Pompeii animum, si paulum ex studio defensionis remisisset.

Perlata deinde lege Pompei, in qua id quoque scriptum erat ut quaesitor suffragio populi ex iis qui consules fuerant crearetur, statim comitia habita, creatusque est L. Domitius Ahenobarbus quaesitor. Album quoque iudicum qui de ea re iudicarent Pompeius tale proposuit ut numquam neque
34 clariores viros neque sanctiores propositos esse constaret. Post quod statim nova lege Milo postulatus *est* a duobus Appiis Claudiis adulescentibus iisdem a quibus antea familia eius fuerat postulata; itemque de ambitu ab iisdem Appiis, et praeterea a C. Ateio et L. Cornificio; de sodaliciis etiam

1 Cn. Pompeio *Bücheler* 2 comparavit eum Σ, *corr. Manutius* 3 fieri sibi quoque *P* 5 dictorum $SP^1$, *corr. Poggius, M* postea, ante *scripsi*: postea autem Σ (*cf.* 7. 22, 59. 21): posteaquam *Mommsen* 6 minitatus *Manutius* 8 periculum Σ, *corr. Poggius* ut sibi ϛ: ut si Σ: si *ed. Ven.*: si sibi *Manutius* 9 diceret Σ, *corr. Beraldus* 10–11 eius . . . offensionem *om. M* 11 inimicae] sibi *add. S* 14 Pompeia *KS* 15 quaestor Σ, *corr.* ϛ, *ed. Ald.* 16 crearetur *P*: creatur *SM* habuit Σ, *corr. Cobet* est *Rinkes*: erat Σ 17 ahenobarbus (aen- *suprascr.* h) *P*: herobarbus (ero- *M*) *SM* album *Cobet*: aliorum Σ 18 tale $SP^1$, *Cobet*: tales $P^2M$ 20 est *add. Madvig* 21 clodiis Σ, *corr.* ϛ, *Halm* idem *S* 22 itaque Σ, *corr. Manutius* 23 praeterea] de vi *add. Manutius* a C. Ateio *scripsi*: a c. ceteio Σ (*ante* a c. *P habet* ab appio cei): a C. Cetego ϛ, *Jordan*: a Q. Patulcio *Hotoman* (*cf.* 54. 18) etiam *KS*: et Σ

a P. Fulvio Nerato. Postulatus autem erat et de sodaliciis et de ambitu ea spe, *quod* primum iudicium de vi futurum apparebat, quo eum damnatum iri confidebant nec postea responsurum.

Divinatio de ambitu accusatorum facta est quaesitore A. Torquato, atque ambo quaesitores, Torquatus et Domitius, prid. Non. April. reum adesse iusserunt. Quo die Milo ad Domiti tribunal venit, ad Torquati amicos misit; ibi postulante pro eo M. Marcello obtinuit ne prius causam de ambitu diceret quam de vi iudicium esset perfectum. Apud Domitium autem quaesitorem maior Appius postulavit a Milone servos exhiberi numero IIII et L, et cum ille negaret eos qui nominabantur in sua potestate esse, Domitius ex sententia iudicum pronuntiavit ut ex servorum suorum numero accusator quot vellet ederet. Citati deinde testes secundum legem quae, ut supra diximus, iubebat ut prius quam causa ageretur testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices consignarent, quarta die adesse omnes iuberentur ac coram accusatore ac reo pilae in quibus nomina iudicum inscripta essent aequarentur; dein rursus postera die sortitio iudicum fieret unius et LXXX: qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent; tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, resque eodem die illo iudicaretur; prius autem quam sententiae ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reiceret, ita ut numerus iudicum relinqueretur qui 35
sententias ferrent quinquaginta et unus.

1 fuluione rato Σ, *corr. Poggius* 2 quod *add. Manutius* 3 quo] quod *Poggius* iri *P* : in *SM* 5 quaestore Σ, *corr. ed. Ald.* (*ita mox*) 8 tribunale Σ, *corr. ed. Ven.* misi tibi *S* 10 erat Σ, *corr. Beraldus* 14 suorum ς, *Wagener* : eorum Σ 15 quot *P* : quod *SM* tutati Σ, *corr. Poggius* 18 confirmarent Σ, *corr. Manutius* omnes] in diem posterum *add.* Σ, *del. Eberhard* 21 LXX Σ, *corr. ed. Iunt.* 22 attigisset Σ, *corr. Manutius* ipsi *Poggius* : is ei Σ : ei *Beraldus* 23 resque *Richter* : reusque Σ 26 relinqueretur *P* : relinquerentur *SM* 27 quinquagesimus et Σ

Primo die datus erat in Milonem testis *C.* Causinius Schola, qui se cum P. Clodio fuisse, cum is occisus esset, dixit, atrocitatemque rei factae quam maxime potuit auxit. Quem cum interrogare M. Marcellus coepisset, tanto tumultu Clodianae multitudinis circumstantis exterritus est ut vim ultimam timens in tribunal a Domitio reciperetur. Quam ob causam Marcellus et ipse Milo a Domitio praesidium imploraverunt. Sedebat eo tempore Cn. Pompeius ad aerarium, perturbatusque erat eodem illo clamore: itaque Domitio promisit se postero die cum praesidio descensurum, idque fecit. Qua re territi Clodiani silentio verba testium per biduum audiri passi sunt. Interrogaverunt eos M. Cicero et M. Marcellus *et* Milo ipse. Multi ex iis qui Bovillis habitabant testimonium dixerunt de eis quae ibi facta erant: coponem occisum, tabernam expugnatam, corpus Clodi in publicum extractum esse. Virgines quoque Albanae dixerunt mulierem ignotam venisse ad se quae Milonis mandato votum solveret, quod Clodius occisus esset. Vltimae testimonium dixerunt Sempronia, Tuditani filia, socrus P. Clodi, et uxor Fulvia, et fletu suo magnopere eos qui assistebant commoverunt. Dimisso circa horam decimam iudicio T. Munatius pro contione populum adhortatus est ut postero die frequens adesset et elabi Milonem non pateretur, iudiciumque et dolorem suum ostenderet euntibus ad tabellam ferendam. Postero die, qui fuit iudicii summus a. d. VII

1 C. *add. KS* Casinius Σ, *corr. Halm* 4 M. *PM*, *om. S*: *sequitur in SM* 10 *litt. lac.* coepisset *S*: cepisset *PM* 6 tribunal *P*: tribunale *SM* recipitur *S* 7 M. caelius (cecilius *M*) Σ, *corr. ed. Ald.* 13 et *add. ed. Ald.* ipse multis Σ, *corr. ed. Iunt.* bouillis *P*: bobillis *S*: uobillis *M* 14 iis quae ibi *P*: eis ubi *S*: his ibi que *M* 15 eoponem Σ, *corr. Sozomenus* 16 Albanae *Orelli*: alie (-ae *P*) Σ 20 et *om. S* assistebant *SM*: astabant *P* 21 demisso Σ, *corr. ed. Iunt.* iudicio T.] iudiciatutus *S* 23 adesse te te labi *S* 25 qui fuit iudicissimus *SP* (iudicibus. iudici. primus *Poggius scripsit in mg. P*): iudicibus iudicii primus qui fuit *M*: *corr. Rau* ad Σ, *corr. Graevius* VII *scripsi*: III *PM*: II *S*: VI *Manutius*

Idus Aprilis, clausae fuerunt tota urbe tabernae; praesidia 36
in foro et circa omnis fori *aditus* Pompeius disposuit; ipse pro aerario, ut pridie, consedit saeptus delecta manu militum. Sortitio deinde iudicum a prima die facta est: post tantum silentium toto foro fuit quantum esse in aliquo foro posset. Tum intra horam secundam accusatores coeperunt dicere Appius maior et M. Antonius et P. Valerius Nepos. Vsi sunt ex lege horis duabus.

Respondit his unus M. Cicero: et cum quibusdam placuisset ita defendi crimen, interfici Clodium pro re publica fuisse—quam formam M. Brutus secutus est in ea oratione quam pro Milone composuit et edidit quasi egisset—Ciceroni id non placuit *ut*, quisquis bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus posset. Itaque cum insidias Milonem Clodio fecisse posuissent accusatores, quia falsum id erat—nam forte illa rixa commissa fuerat—Cicero apprehendit et contra Clodium Miloni fecisse insidias disputavit, eoque tota oratio eius spectavit. Sed ita constitit ut diximus, nec utrius consilio pugnatum esse eo die, verum et forte occurrisse et ex rixa servorum ad eam denique caedem perventum. Notum tamen erat utrumque mortem alteri saepe minatum esse, et sicut suspectum Milonem maior quam Clodi familia faciebat, ita expeditior et paratior ad pugnam Clodianorum quam Milonis fuerat. Cicero cum inciperet dicere, exceptus *est* acclamatione Clodianorum, qui se continere ne metu quidem circumstantium

2 aditus *om.* $SP^1$, *suppl. Poggius, M* 4 prima *SM*: primo *P* 6 cum *S* ceperunt Σ, *corr. ed. Ven.* 9 hic Σ, *corr. ed. Ald.* 12 quasi *Baiter*: quamuis Σ: quamuis non ς 13 ut quisquis *scripsi*: quisquis $SP^1$: quod quis *Poggius, M*: quod qui *Manutius*: quasi qui *KS* 14 occidit indemnans $SP^1$, *corr. Poggius, M* 18 eaque *M* constituit Σ, *corr. ed. Ald.* 19 uerum ei Σ, *corr. Lachmann* 20 et ex *Lachmann*: ex ea Σ ad eam denique *scripsi*: ad eandem Σ: ad eam *ed. Ald.*: tandem ad *Baiter*: ad *Jacobs* 22 minatum *P*: minutum *S*: inmutū *M* 25 est *add. ed. Ald.* acclamatione *P*: a clamatione *SM*

militum potuerunt. Itaque non ea qua solitus erat constantia dixit. Manet autem illa quoque excepta eius oratio: scripsit vero hanc quam legimus ita perfecte ut iure prima haberi possit.

## ENARRATIO

### VERS. A PRIMO L

37 (§ 3.) Vnum genus est adversum infestumque nobis et cetera.

Ita ut in causae expositione diximus, Munatius Plancus pridie pro contione populum adhortatus erat ne pateretur elabi Milonem.

### VER. A PRIMO CC

(§ 12.) Declarant huius ambusti tribuni plebis illae intermortuae contiones quibus cotidie meam potentiam invidiose criminabatur.

T. Munatius Plancus et Q. Pompeius Rufus tribuni pl., de quibus *in* argumento huius orationis diximus, cum contra Milonem Scipioni et Hypsaeo studerent, contionati sunt eo ipso tempore plebemque in Milonem accenderunt quo propter Clodi corpus curia incensa est, nec prius destiterunt quam flamma eius incendii fugati sunt e contione. Erant enim tunc rostra non eo loco quo nunc sunt sed ad comitium, prope iuncta curiae. Ob hoc T. Munatium ambustum tribunum appellat; fuit autem paratus ad dicendum.

### PAVLO POST

(§ 13.) Cur igitur incendium curiae, oppugna-

9 causae *Madvig*: ea Σ 17 in *add. Manutius* 19 accenderent *S* quod Σ, *corr. Manutius* 20 esset Σ, *corr. Manutius* destiterunt *P*: desisterunt *SM*

tionem aedium M. Lepidi, caedem hanc ipsam contra rem publicam senatus factam esse decrevit?

Post biduum medium quam Clodius occisus erat interrex primus proditus est M. Aemilius Lepidus. Non fuit autem moris ab eo qui primus interrex proditus erat comitia haberi. Sed Scipionis et Hypsaei factiones, quia recens invidia Milonis erat, cum contra ius postularent ut interrex ad comitia consulum creandorum descenderet, 38
idque ipse non faceret, domum eius per omnes interregni dies—fuerunt autem ex more quinque—obsederunt. Deinde omni vi ianua expugnata et imagines maiorum deiecerunt et lectulum adversum uxoris eius Corneliae, cuius castitas pro exemplo habita est, fregerunt, itemque telas quae ex vetere more in atrio texebantur diruerunt. Post quae supervenit Milonis manus et ipsa postulans comitia; cuius adventus fuit saluti Lepido: in se enim ipsae conversae sunt factiones inimicae, atque ita oppugnatio domus interregis omissa est.

## PAVLO POST

(§ 14.) Quod si per furiosum illum tribunum pl. senatui quod sentiebat perficere licuisset, novam quaestionem nullam haberemus. Decernebat enim ut veteribus legibus, tantum modo extra ordinem, quaereretur. Divisa sententia est postulante nescio quo.—Sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est.

Quid sit dividere sententiam ut enarrandum sit vestra aetas, filii, facit.

Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res com-

1 aedem hanc *S* 6 factionis Σ, *corr.* ϛ, *Lodoicus* 9 et domum Σ, *corr.* ϛ, *ed. Ald.* 10 fuerant *P*: fuerat *SM*, *corr. KS* obsiderunt Σ, *corr. ed. Iunt.* 13 itemque *Manutius*: uterque Σ 14 texebantur *P*: textebantur *SM* quae *Rinkes*: que *PM*: *om. S* 15 superuenenum $S^1$: supervenerunt *Sozomenus* ipse $P^1$ 28 facit *Poggius*: faciat (it with a written above, $P^1$) Σ

plectitur, si non omnes eae probantur, postulatur ut dividatur, id est de rebus singulis referatur. Forsitan nunc hoc quoque velitis scire qui fuerit qui id postulaverit. Quod non fere adicitur: non enim ei qui hoc postulat oratione longa utendum ac ne consurgendum quidem uti-
39 que est; multi enim sedentes hoc unum verbum pronuntiant Divide: quod cum auditum est, liberum *est* ei qui facit relationem dividere. Sed ego, ut curiosius aetati vestrae satisfaciam, Acta etiam totius illius temporis persecutus sum; in quibus cognovi pridie Kal. Mart. S. C. esse factum, P. Clodi caedem et incendium curiae et oppugnationem aedium M. Lepidi contra rem p. factam; ultra relatum *in* Actis illo die nihil; postero die, id est Kal. Mart., *T.* Munatium in contione exposuisse populo quae pridie acta erant in senatu: in qua contione haec dixit ad verbum. Cum Hortensius dixisset ut extra ordinem quaereretur apud quaesitorem; existimaret futurum ut, cum pusillum dedisset dulcedinis, largiter acerbitatis devorarent: adversus hominem ingeniosum nostro ingenio usi sumus; invenimus Fufium, qui diceret 'Divide'; reliquae parti sen-

1 si *scripsi*: et si Σ: si cui *KS* eae (-ę) *SP*: ẽẽ *M* (eae si non omnes probantur *Manutius*: et si non omnes aeque probantur *Baiter*) postulat Σ, *corr. Manutius* diuidantur Σ, *corr. Baiter* 3 hoc *om. P*¹ qui id *KS*: quid *S*: qui *PM* 4 fere adicitur *scripsi*: ferat adiutor Σ: fere traditur *Madvig* (*cf.* 58. 6, 77. 12) non eme (-e' *P*) qui *SP*: noñe me qui *M*, *corr. Baiter* 5 consulendum quidem Σ, *corr. Manutius* 7 divide *Manutius*: denique Σ est *add. Orelli* 8 rationem *SM*: orationem *P*, *corr. Becker* curiositati vestrae *Bücheler* 9 prosecutus *P* 10 S. C. *Manutius*: sic Σ 13 in *om. SP*¹, *suppl. Poggius, M* 14 T. *add. KS* 16 cum *KS*: q̃ *S*: que *P*¹*M*: Q. *Poggius*: quod Q. *Baiter* Hortensium dixisse Σ, *corr. Baiter* ut *om. P*¹ 17 quaestorem Σ, *corr. Manutius* existimaret *scripsi*: estimare (ext- *M*) Σ: aestimare *ed. Iunt.* 18 utrum Σ, *corr. Poggius* dedisset *PM*: dixisset *S*: edissent *Mommsen* largiter *S*: largitur *PM* 19 deuoraret Σ, *corr. Rinkes* 20 nostro *Bücheler*: non Σ: *del. Mommsen* 21 fusium Σ, *corr. Manutius* (*ita mox*) diuideret Σ, *corr. Baiter* partis *P*: paries *S*: par$^{ri}$tẹs *M*, *corr. Manutius* sententiam Σ, *corr. Baiter*

tentiae ego et Sallustius intercessimus. Haec contio, ut puto, explicat et quid senatus decernere voluerit, et quis divisionem postulaverit, et quis intercesserit et cur. Illud vos meminisse non dubito per Q. Fufium illo quoque tempore quo de incesto P. Clodi actum est factum ne a senatu asperius decerneretur.

De L. Domitio dicit:

(§ 22.) Dederas enim quam contemneres populares insanias iam ab adulescentia documenta maxima.

Constantiam L. Domiti quam in quaestura praestitit significat. Nam eo tempore cum C. Manilius tribunus 40
plebis subnixus libertinorum et servorum manu perditissimam legem ferret ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum ageret et clivum Capitolinum obsideret, discusserat perruperatque coetum Domitius ita ut multi Manilianorum occiderentur. Quo facto et plebem infimam offenderat et senatus magnam gratiam inierat.

(§ 32.) Itaque illud Cassianum indicium in his personis valeat.

L. Cassius fuit, sicut iam saepe diximus, summae vir severitatis. *Is* quotiens quaesitor iudicii alicuius esset in quo quaerebatur de homine occiso suadebat atque etiam praeibat iudicibus hoc quod Cicero nunc admonet, ut quaereretur cui bono fuisset perire eum de cuius morte quaeritur. Ob quam severitatem, quo tempore Sex. Peducaeus tribunus plebis criminatus est L. Metellum pontificem max. totum-

7 *om. M* 11 CN. (GN. *M*) domiti (-ii *M*) *PM*: GN. pompeii *S*, *corr. Manutius* praetura Σ, *corr. Manutius* 12 C. malius *S*: CN. mallius *M*: CN. manlius (manilius ſ) *P*, *corr. Manutius* tribus Σ, *corr. ed. Iunt.* 16 capitolinum *P*: capitolium *SM* prũpeř atque *S* 17 manlianorum *P* occiderentur *SM*: interficerentur *P* 18 infirmam ostenderat Σ, *corr. Lodoicus* 19 ingerat *S* 20 indicium *Purser*: iudicium Σ: cui bono fuerit *Cic.* 22 C. T. crassus *S* 23 is *add. KS* quaesitor *P*: quaestor *SM* 24 quaereretur *P* 25 quaerebatur *Baiter*

que collegium pontificum male iudicasse de incesto virginum Vestalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, absolverat autem duas Marciam et Liciniam, populus hunc Cassium creavit qui de eisdem virginibus quaereret. Isque et utrasque eas et praeterea complures alias nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus damnavit.

(§ 33.) Et aspexit me illis quidem oculis quibus tunc solebat cum omnibus omnia minabatur. Movet me quippe lumen curiae!

Hic est Sex. Clodius quem in argumento huius orationis diximus corpus Clodi in curiam intulisse et ibi cremasse eoque incenso curiam conflagrasse; ideo lumen curiae dicit.

(§ 37.) Quando illius postea sica illa quam a Catilina acceperat conquievit? Haec intenta nobis est, huic ego obici vos pro me passus non sum, haec insidiata Pompeio est.

41 Haec intenta nobis est et obici vos pro me non sum passus, manifestum est pertinere ad id tempus quo post rogationem a P. Clodio in eum promulgatam urbe cessit. Qua re dicat insidiata Pompeio est fortassis quaeratis. Pisone et Gabinio coss. pulso Cicerone in exsilium, cum III Idus Sextiles Pompeius in senatum venit, dicitur servo P. Clodi sica excidisse, eaque ad Gabinium consulem delata dictum est servo imperatum a P. Clodio ut Pompeius occideretur. Pompeius statim domum rediit *et* ex eo domi *se* tenuit. Obsessus est etiam a liberto

3 martiam Σ, *corr. Manutius* liciniam *P* : licinniam (luc- *S*) *SM* 4 isque et *P* : et isque et *SM* 6 extimatio *P* 10 hoc est Σ, *corr. ed. Iunt.* 11 attulisse Σ, *corr. KS* (*in Addendis*) 13 sic (si *M*) ulla qua matilina *SM* 14 intenta Σ, *Cic. codd.* Σ*H* : intentata *cett. codd. Cic., ed. Iunt.* 15 huic *P*, *Cic.* : huius *SM* non sum passus *Cic.* 16 hec *S* : hcc *M* : heoc *P* insidiata *P* : insidiato *S* : insidia *M* 17 haec *PM* : quod dicit *S* intenta *SM* : intentata *P* obici vos *P* : obicimus *SM* 19 apud clodium *SP*[1] : P. clodio *M*, *corr.* $\pi$ 20 est *ed. Ald.* : et Σ 23 sica *P* : ita *SM* 24 delata] . . . . . . . . . . *S* 25 rediit ex eodem tenuis Σ : rediit ex eo domi tenus *Poggius*, *corr. Rinkes*

Clodi Damione, ut ex Actis eius *anni* cognovi, in quibus xv Kal. Sept. L. Novius tribunus plebis, collega Clodi, cum Damio adversum *L.* Flavium praetorem appellaret tribunos et tribuni de appellatione cognoscerent, ita sententiam dixit: Et *si ab* hoc apparitore P. Clodi vulneratus sum, et hominibus armatis praesidiis dispositis a re publica remotus Cn. Pompeius obsessus*que* est, cum appeller, non utar eius exemplo quem vitupero et iudicium tollam, et reliqua de intercessione.

Haec viam Appiam monumentum nominis sui nece Papiri cruentavit.

Pompeius post triumphum Mithridaticum Tigranis filium in catenis deposuerat apud Flavium senatorem: qui postea cum esset praetor eodem anno quo tribunus plebis Clodius, **42**
petiit ab eo Clodius super cenam ut Tigranem adduci iuberet ut eum videret. Adductum collocavit in convivio, dein Flavio non reddidit Tigranem; domum misit et habuit extra catenas nec repetenti Pompeio reddidit. Postea in navem deposuit, et cum profugeret ille, tempestate delatus est Antium. Inde ut deduceretur ad se, Clodius Sex. Clodium, de quo supra diximus, *misit.* Qui cum reduceret, Flavius quoque re cognita ad eripiendum Tigranem profectus est. Ad quartum lapidem ab urbe pugna facta est in qua multi ex utraque parte ceciderunt, plures tamen ex Flavi, inter quos et M. Papirius eques Romanus, publicanus, familiaris Pompeio. Flavius sine comite Romam vix perfugit.

1 anni *add. Baiter*: temporis *add. Manutius* 3 L. *add. KS* appellarent (-lauerunt *S*[1]) Σ, *corr. ed. Iunt.* 5 etsi ab *KS*: et Σ: ab *Pighius* clodii *P*[1]: clodio *SP*[2]*M* 7 remotus . . . obsessusque *KS*: remotus sum . . . obsessus Σ 12 mithridaticum cum Σ, *corr. Poggius* 13 disposuerat Σ, *corr. ed. Ald.* L. Flavium *KS* (*in Addendis*) imperatorem *S* 15 petit Σ, *corr.* ς canam (caña *S*) Σ, *corr. Poggius* 16 conuiuium Σ, *corr. Madvig* 17 flauio *P*: flauium *SM* reddidit *P*[1]: reddit *SP*[2]*M* domum misit et *scripsi*: dimisit et Σ: domi suae *Büchcler* 18 repetente (repente *S*) Σ, *corr. ed. Ald.* 20 Antium *Hotoman*: tantum Σ inde *Baiter*: ille Σ 21 misit *add. Hotoman* cum *Büchcler*: cum Σ 22 diripiendum Σ, *corr. Büchcler* 25 et] etiam *coni. KS*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE

Haec eadem longo intervallo conversa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, *me* ad Regiam paene confecit.

Quo die periculum hoc adierit, ut Clodius eum ad Regiam paene confecerit, nusquam inveni; non tamen adducor ut putem Ciceronem mentitum, praesertim cum adiciat ut scitis. Sed videtur mihi loqui de eo die quo consulibus Domitio et Messala qui praecesserant eum annum cum haec oratio dicta est inter candidatorum Hypsaei et Milonis manus in via Sacra pugnatum est, multique ex Milonianis ex improviso ceciderunt. De cuius diei periculo suo ut putem loqui eum facit et locus pugnae—nam in Sacra via traditur commissa, in qua est Regia—et quod adsidue simul erant cum candidatis suffragatores, Milonis Cicero, Hypsaei Clodius.

43 (§ 38.) Potuitne L. Caecili, iustissimi fortissimique praetoris, obpugnata domo?

L. Caecilius Rufus de quo dicitur fuit *praetor* P. Lentulo Spinthere Q. Metello Nepote coss., quo anno Cicero restitutus est. Is cum faceret ludos Apollinares, ita infima coacta multitudo annonae caritate tumultuata est ut omnes qui in theatro spectandi causa consederant pellerentur. De oppugnata domo nusquam adhuc legi; Pompeius tamen cum defenderet Milonem apud populum, de vi accusante Clodio, obiecit ei, ut legimus apud Tironem libertum Ciceronis in libro IIII de vita eius, oppressum L. Caecilium praetorem.

2 est . . . . . per quidem *S*   me *Cic.* : *om.* Σ   4 eum ad *P* : . . . . . *S* : . . . . . . . . . ad *M*   5 nusquam paene conueni Σ, *corr. Baiter*   9 milonis et hypsaei *P*   10 milonis Σ, *corr.* ς, *Beraldus*   11 diei *M* : de ei *S* : cede et *P*   13 ad id ue (adidue *M*) timuerunt Σ, *corr. Baiter*   14 Cicero π : clodius $SP^1$ : c. *M*   16 . . . . . . . . potuitne *S*   praetoris . . . . . . . . obpugn. *S*   18 dicit *KS* (*in Addendis*)   praetor *add. hoc loco Baiter, ante* fuit *ed. Ald.*   19 spinthere *P* : pinchere *SM*   20 cum quo *S*   21 tumultuata *P* : tumultu *SM*   23 nunquam Σ, *corr. ed. Iunt.*   25 ei ut *scripsi* : et ut Σ : ut *Baiter*   26 oppressum] clodio *add.* Σ, *ego delevi* (a Clodio *Lodoicus*)

## PAVLO POST

(§ 45.) At quo die? quo, ut ante dixi, fuit insanissima contio ab ipsius mercennario tribuno plebis concitata.

Hoc significat eo die quo Clodius occisus est contionatum esse mercennarium eius tribunum plebis. Sunt autem contionati eo die, ut ex Actis apparet, C. Sallustius et Q. Pompeius, utrique et inimici Milonis et satis inquieti. Sed videtur mihi Q. Pompeium significare; nam eius seditiosior fuit contio.

(§ 46.) Dixit C. Causinius Schola Interamnanus, familiarissimus et idem comes Clodi, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse.

Hic fuit Causinius *apud* quem Clodius mansisse Interamnae videri volebat qua nocte deprehensus est in Caesaris domo, cum ibi in operto virgines pro populo Romano sacra facerent.

## PAVLO POST

(§ 47.) Scitis, iudices, fuisse qui in hac rogatione 44
suadenda diceret Milonis manu caedem esse factam, consilio vero maioris alicuius. Me videlicet latronem et sicarium abiecti homines ac perditi describebant.

Q. Pompeius Rufus et C. Sallustius tribuni fuerunt quos significat. Hi enim primi de ea lege ferenda populum hor-

2 at quo *Cic.* : at quod Σ  die quo ut *om. SP*[1] : *suppl.* π, *M ex Cic.*  dixi *Cic.* : dixit Σ  11 Causinius *Cic.* : Cassinius Σ  Schola *Cic.* : . . . . . . *SM* : *om. P*  Interamnanus *Cic.* : inter amnanos *S* : inter ãnos *M* : interamnis *P*  12 familiarissimus . . . . . (12 *litt. M*) *SM* : familiarissimus meus et *P*[1] : familiaris meus et idem *Poggius, corr. ed. Ald. ex Cic.*  13 in *om. P*  Albano *Cic.* : alba Σ  fuisse *Cic.* : fuit Σ  14 fuit *om. P*  causinius *S* : cassinius *MP*  apud *ed. Iunt.* : . . . . . (9 *litt. PM*) Σ  16 pro p. r. *P* : per praetorem *S* : per pr̃ *M*  20 diceret Σ, *Cic. codd.* Σ*H*, *Schol. Bob.* : dicerent *cett. codd. Cic.*  22 et Σ : ac *Cic.*  abiecti *P* : obiecti *M* : obiecit *S*  ac *Cic. codd.* Σ*H*, *om. SM* : et *P*, *cett. codd. Cic.*  23 describebant *P*, *Cic.* : describant (di- *M*) *SM*  24 tribuni *Manutius* : tr. *P* : tribus *SM*

tati sunt et dixerunt a manu Milonis occisum esse Clodium *et cetera.*

(§ 49.) Atqui ut illi nocturnus adventus vitandus fuit, sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat, subsidendum et cetera.

Via Appia est prope urbem monumentum Basili qui locus latrociniis fuit perquam infamis, quod ex aliis quoque multis intellegi potest.

(§ 55.) Comites Graeculi quocumque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat.

Saepe obiecit Clodio Cicero socium eum coniurationis Catilinae fuisse; quam rem nunc quoque reticens ostendit. Fuerat enim opinio, ut Catilina ex urbe profugerat in castra Manli centurionis qui tum in Etruria ad Faesulas exercitum ei comparabat, Clodium subsequi eum voluisse et coepisse, tum dein mutato consilio in urbem redisse.

(§ 67.) Non iam hoc Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei—te enim appello, et ea voce ut me exaudire possis—tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus.

Diximus in argumento orationis huius Cn. Pompeium
45 simulasse timorem, seu plane timuisse Milonem, et ideo ne domi quidem suae sed in hortis superioribus ante iudicium mansisse, ita ut villam quoque praesidio militum circumdaret. Q. Pompeius Rufus tribunus plebis, qui fuerat familiarissimus omnium P. Clodio et sectam illam sequi se

1 a *del. ed. Ald.* 2 et cetera *supplevi*: consilio uero maioris alicuius *S ex Cic.* 3 uitandus *P*: ui tantus *S*: sinitantus *M* 5 noctu Σ, *Cic. codd.* Σ*H*: nocte *cett. codd. Cic.* et cetera] et . . . . . . *M* 7 basilii Σ, *corr. Orelli* 8 perquam infamis *Manutius*: per quam is Σ: perinfamis *Baiter* 15 manli *P*: mallii *S*: manili *M* 16 eum] cum *S* 17 tum dein mutato *P*: cum (tum *M*) de imutato *SM* 18 iam *Cic.*: tam *PM*: tamen *S* quotidianum Σ, *corr. Manutius ex Cic.* 19 et (ex *M*) Σ: *om. codd. Cic.* 20 tuas Σ, *Cic. codd.* Σ*H*: tuas tuas *cett. codd. Cic.* 22 pompeium . . . . . . . . . . *S* pompeii . . . . *M* 23 timorem *SM*: timere *P* 26 Rufus ς, *Baiter*: fuit Σ 27 suam Σ, *corr. Stangl* insequi *S*

palam profitebatur, dixerat in contione paucis post diebus quam Clodius erat occisus: Milo dedit quem in curia cremaretis: dabit quem in Capitolio sepeliatis. In eadem contione idem dixerat—habuit enim eam a. d. VIII Kal. Febr.—cum Milo pridie, id est VIIII Kal. Febr., venire ad Pompeium in hortos eius voluisset, Pompeium ei per hominem propinquum misisse nuntium ne ad se veniret. Prius etiam quam Pompeius ter consul crearetur, tres tribuni, Q. Pompeius Rufus, C. Sallustius Crispus, T. Munatius Plancus, cum cotidianis contionibus suis magnam invidiam Miloni propter occisum Clodium excitarent, produxerant ad populum Cn. Pompeium et ab eo quaesierant num ad eum delatum esset illius quoque *rei* indicium, suae vitae insidiari Milonem. Responderat Pompeius: Licinium quendam de plebe sacrificulum qui solitus esset familias purgare ad se detulisse servos quosdam Milonis itemque libertos comparatos esse ad caedem suam, nomina quoque servorum edidisse; *se* ad Milonem misisse utrum in potestate sua haberet; a Milone responsum esse, ex iis servis quos nominasset partim neminem se umquam habuisse, partim manumisisse; dein, cum Licinium apud se haberet, . . . . . Lucium quendam de plebe ad corrumpendum indicem venisse; qua re cognita in vincla eum publica esse coniectum. Decreverat enim senatus ut cum interrege et **46**
tribunis plebis Pompeius daret operam ne quid res publica detrimenti caperet. Ob has suspiciones Pompeius in

1 paucis post *S*: post paucis *PM* 2 milonem dedi *S* 3 dabo Σ, *corr. Rau* 5 id est . . . Febr. *del. Manutius* (*sed cf.* 44. 13) VIII *S*: VII *PM*, *corr. Schütz* 6 in ortis Σ, *corr. Manutius* 8 ter Σ: III *Manutius* 9 T. *Manutius*: L. Σ 10 clodianis *S* 11 occisum *S*: ọ *P*: *om. M* 13 illius] illud *ed. Ald.* rei *add. Mommsen* 14 licinium $PM^2$: licinnium *SM* (*ita v.* 21 *S*) 15 sacrificorum Σ, *corr. Manutius* 17 liberos Σ, *corr. Graevius* 18 edisse Σ, *corr. ed. Iunt.* se *add. Baiter* utrum *scripsi*: ut eum Σ: ut eos *Beraldus* 19 haberet . . . . . (8 *litt. M*) Σ 22 corrump . . . . . . . *S* 23 in vincla *om. S* 24 decreuit *PM*: . . . . . . *S*, *corr. Hotoman* ut *PM*: *om. S* 25 tribuno *S*

superioribus hortis se continuerat; deinde ex S. C. dilectu per Italiam habito cum redisset, venientem ad se Milonem unum omnium non admiserat. Item cum senatus in porticu Pompeii haberetur ut Pompeius posset interesse, unum eum excuti prius quam in senatum intraret iusserat. Hae sunt suspiciones quas se dicit pertimescere.

(§ 71.) Quid enim minus illo dignum quam cogere ut vos eum condemnetis in quem animadvertere ipse et more maiorum et suo iure posset? sed praesidio esse et cetera.

Idem T. Munatius Plancus, ut saepe diximus, post audita et obsignata testium verba dimissosque interim iudices vocata contione cohortatus erat populum ut clausis tabernis postero die ad iudicium adesset nec pateretur elabi Milonem.

(§ 87.) Incidebantur iam domi leges quae nos servis nostris addicerent.

Significasse iam puto nos fuisse inter leges P. Clodi quas ferre proposuerat eam quoque qua libertini, qui non plus quam in *IIII* tribubus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae propriae ingenuorum sunt, ferre.

(§ 88.) Senatus, credo, praetorem eum circumscripsisset. Ne cum solebat quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid *profecerat*.

Significat id tempus quo P. Clodius, *cum* adhuc quaestor

1 dilectu *M*: delectu *SP*    4 unum] sinum *Poggius*    5 eum *Rinkes*: tum Σ    intraret priusquam Σ: intraret Clodium π, *corr. ed. Iunt.*    iusserant Σ, *corr. ed. Ven.* (*fort.* intraret, Clodiani iusserant)    6 se dicit *scripsi*: se Cicero dicit *S*: dicit se Cicero *P*: dicit Cicero *M*    8 ut uos eum *Cic. codd. ETδ*: ut uuum *Cic. cod.* Σ: ut uos *Cic. cod. H*: eum *PM*: eum ut vos eum *S*    9 et more *S*, *Poggius* (*cum Cic.*): ex more $P^1M$    possit *Cic. cod.* Σ    et praesidio esset Σ, *corr. Baiter ex Cic.*    13 clusis Σ, *corr. Lodoicus*    14 nec] ne *SM*    labi Σ, *corr. ed. Ald.*    16 nos] iam *add.* Σ, *del. Manutius ex Cic.*    18 lege sp̃. clodi *S*    20 IIII tribubus *KS*: tribus Σ: tribubus urbanis quattuor *Mommsen*    22 circumscripsisse Σ, *corr. Manutius ex Cic.*    24 profecerat *Cic.*: . . . . . . . . . . (6 *litt. P*) Σ    25 id *P*: ad *SM*    clodium . . . . . . (6 *litt. P*, 9 *S*, 11 *M*) Σ, *corr. Manutius*

designatus esset, *deprensus* est, cum intrasset eo ubi sacrificium pro populo Romano fiebat. Quod factum notatum 47
erat . . . . . . . . . . S. C., decretumque *ut* extra ordinem *de ea re* iudicium fieret.

## VER. A NOVIS. CLX

quo loco inducit loquentem Milonem cum bonarum partium hominibus de meritis suis:

(§ 95.) Plebem et infimam multitudinem, quae P. Clodio duce fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vestra vita, se *fecisse commemorat ut non modo virtute* flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deleniret.

Puto iam supra esse dictum Milonem ex familia fuisse Papia, deinde adoptatum esse ab T. Annio, avo suo materno. Tertium patrimonium videtur significare matris; *aliud* enim quod fuerit non inveni.

Peracta utrimque causa singuli quinos accusator et reus senatores, totidem equites *et* tribunos aerarios reiecerunt, ita ut unus et L sententias tulerint. Senatores condemnaverunt XII, absolverunt VI; equites condemnaverunt XIII, absolverunt IIII; tribuni aerarii condemnaverunt XIII, absolverunt III. Videbantur non ignorasse iudices inscio Milone initio vulneratum esse Clodium, sed compererant, post quam vulneratus esset, iussu Milonis occisum. Fuerunt qui crederent M. Catonis sententia eum esse absolutum;

1 esset . . . . . . . (5 *litt. M*) Σ, *suppl. Madvig* eo quo ubi *P* 3 erat . . . . . . . . . . (8 *litt. M*) *PM*: erat *S*: gravi *supplet Madvig* ut *add. Manutius* extra] ex *P* ordinem (-e *P*) . . . . . . . . . . Σ, *suppl. Madvig* 8 infirmam Σ, *corr. ed. Iunt.* 10 vita se flecteret Σ, *med. omissis, suppl.* ς, *Manutius ex Cicerone* (se fecisse *Cic. codd. plerique*: suam se fecisse *Cic. cod. H*) 14 T. *Manutius*: C. Σ 15 matrimonium *SP*[1], *corr. Poggius, M* aliud *add. ed. Ald.* 16 inuenio Σ, *corr. KS* (*in Addendis*) 17 accusatores reus Σ, *corr.* π, *M*[2] 18 et *add. Manutius* 19 unus *P*: uirum *SM* 20 XII absolverunt] di ab soluerunt *S* VI *P*: ut *S*: VI ut *M* 21 IIII . . . absolverunt *om. S*

nam et bene cum re publica actum esse morte P. Clodi non dissimulaverat et studebat in petitione consulatus Miloni et reo adfuerat. Nominaverat quoque eum Cicero praesentem et testatus erat audisse eum a M. Favonio ante diem tertium quam facta caedes erat, Clodium dixisse periturum esse eo
48 triduo Milonem ....... Sed Milonis quoque notam audaciam *remo*veri a re p*ublica* utile visum est. Scire t*amen* ne*mo* umquam potuit utram sententiam *tulisset*. Damnatum autem opera maxime Appi Claudi pronuntiatum est. Milo postero die factus reus ambitus apud Manlium Torquatum absens damnatus est. Illa quoque lege accusator fuit eius Appius Claudius, et cum ei praemium lege daretur, negavit se eo uti. Subscripserunt ei *in* ambitus iudicio P. Valerius Leo et Cn. Domitius Cn. f. Post paucos dies quoque Milo apud M. Favonium quaesitorem de sodaliciis damnatus est accusante P. Fulvio Nerato, cui e lege praemium datum est. Deinde apud L. Fabium quaesitorem iterum absens damnatus est de vi: accusavit L. Cornificius et Q. Patulcius. Milo in exsilium Massiliam intra paucissimos dies profectus est. Bona eius propter aeris alieni magnitudinem semuncia venierunt.

Post Milonem eadem lege Pompeia primus est accusatus

1 mortem Σ, *corr. Beraldus* 2 dissimulauerit Σ, *corr. ed. Iunt.* 3 eum *del. ed. Ven.* 4 fauonio *P*: fabonio *SM* tertium *ed. Iunt.*: iii Σ 5 caedes facta *P* 6 milonem ........ *SM*: milonem *P* audaciam ........ ueriar ep (c̃p *M*) ..... (8 *litt. M*) Σ: *suppl. Baiter* 7 sciret .... (7 *litt. PM*) ne Σ, *suppl. Rau* 8 sententiam ....... (4 *litt. P*, 9 *M*) Σ: *suppl. Lodoicus* 9 maxima Σ, *corr. ed. Ald.* appius *SP*[1], *corr. Poggius*, *M* claudii .... *P*: c. *M*: .... *S* 10 factus ẹṣṭ *P*: factus ... *M*: ..... *S*: nova lege factus *Mommsen* manlium *M*: mallium *SP* 13 eo se uti *Madvig*: reo ita Σ ei *Richter*: et Σ in *add. Manutius* iudicia Σ, *corr. Manutius* 14 C. f. (Of *S*) Σ, *corr. Manutius* 15 M. *S*: *om. PM* fauonium *P*: fabonium *SM* quaestorem Σ, *ita mox* (*bis*), *corr. KS* 16 P. clodio nerato reo *PM*: pdodione ratio reo *S*, *corr. Hotoman* e *S*: *om. PM* 20 alieni aeris *P* semuncia (*ex* -iã) *S*: semiuncia *PM* 22 pompeiia (-ii a *P*, -i a *M*) Σ, *corr. Manutius*

M. Saufeius M. f. qui dux fuerat in expugnanda taberna Bovillis et Clodio occidendo. Accusaverunt eum L. Cassius, L. Fulcinius C. f., C. Valerius; defenderunt M. Cicero, M. Caelius, obtinueruntque ut una sententia absolveretur. Condemnaverunt senatores x, absolverunt VIII; condemnaverunt equites Romani VIIII, absolverunt VIII; sed ex tribunis aerariis x absolverunt, VI damnaverunt: manifestumque odium Clodi saluti Saufeio fuit, cum eius vel peior **49**
causa quam Milonis fuisset, quod aperte dux fuerat expugnandae tabernae. Repetitus deinde post paucos dies apud *C.* Considium quaesitorem est lege Plautia de vi, subscriptione ea quod loca *edita* occupasset et cum telo fuisset; nam *dux fuerat* operarum Milonis. Accusaverunt C. Fidius, Cn. Aponius Cn. f., M. Seius . . . . . . . . . Sex. *f.*; defenderunt M. Cicero, M. Terentius Varro Gibba. Absolutus est sententiis plenius quam prius: graves habuit XVIIII, absolutorias duas et XXX; sed e contrario hoc ac priore iudicio accidit: equites enim ac senatores eum absolverunt, tribuni aerarii damnaverunt.

Sex. autem Clodius quo auctore corpus Clodi in curiam illatum fuit accusantibus C. Caesennio Philone, M. Alfidio, defendente T. Flacconio, magno consensu damnatus est,

1 saufius Σ, *corr. ed. Iunt.* expugnata *S* 2 bouillis *P*: uobillis *S*: bullis (*suprascr.* -i) *M* 4 cecilius *SP* 5 VII Σ, *corr. Manutius* 6 VII sed Σ, *corr. ed. Ald.* 8 salutis aufeio fuit *S* 9 expugnatione *S* 10 repetitus *S*, *Madvig*: repertus *PM* 11 C. *om.* Σ: *suppl. Mommsen* est *Madvig*: e *PM*: a *S* 12 loca . . . . . . . (11 *litt. M*) *PM*: loca *S*, *sed in mg. scr. Sozomenus 'spatium deficit unius dictionis'*: *suppl. Mommsen* 13 nam . . . . . . . . . (7 *litt. PM*) Σ, *suppl. Mommsen* 14 apponius Σ, *corr. Hotoman* seius . . . . . . . . . (7 *litt. P*) Σ Sex. fil. *Manutius*: sex *PM*: set *S* 15 M. (*ante* Terentius) *P*: *om. S*: . . . . . . . . . . *M* galba *S* 16 est sententiis *Poggius*: autem est *P*: . . . . . . . . . . *S*: autem est sententiis *M* 17 ac *ed. Ald.*: a Σ 21 ciessennio *SP*: cessennio *M*, *corr. Jordan* filone Σ, *corr. Manutius* alfidio *P*: alphidio *SM*: Aufidio *Manutius* 22 defenderunt flacconio Σ, *corr. Baiter* damnatusque est Σ, *corr. Manutius*

sententiis sex et XL; absolutorias quinque omnino habuit, duas senatorum, tres equitum.

Multi praeterea et praesentes et cum citati non respondissent damnati sunt, ex quibus maxima pars fuit Clodianorum.

1 sex] VI *P* quinque] V *P*

# Q. ASCONI PEDIANI 50 *KS*

INCIPIT

# PRO CORNELIO DE MAIESTATE

Hanc orationem dixit L. Cotta L. Torquato coss. post annum quam superiores.

## *ARGVMENTVM*

*C.* Cornelius homo non improbus vita habitus est. Fuerat quaestor Cn. Pompeii, dein tribunus plebis C. Pisone *M'. Glabrione* coss. biennio ante quam haec dicta sunt. In eo magistratu ita se gessit ut iusto pertinacior videretur. Alienatus autem a senatu *est* ex hac causa. Rettulerat ad senatum ut, quoniam exterarum nationum legatis pecunia magna daretur usura turpiaque et famosa ex eo lucra fierent, ne quis legatis exterarum nationum pecuniam expensam ferret. Cuius relationem repudiavit senatus et decrevit satis cautum videri eo S. C. quod *aliquot* ante annos *L.* Domitio C. Caelio coss. factum erat, cum senatus ante pauculos annos *ex eodem* illo S. C. decrevisset ne quis Cretensibus pecuniam mutuam daret. Cornelius ea re

*Tit.* Q. ASCONI . . . . MAIESTATE *SP* : *om. M* 3 ARGVMENTVM *add. ed. Ald.* 4 C. *add. Baiter* 6 M'. Glabrione *add. Baiter* cos. (consule *SM*) Σ, *corr. Baiter* 7 iustior Σ, *corr. Manutius* 8 est ex *scripsi* : ex Σ (est *post* alienatus *suppl. Madvig*) 10 darentur *S* 12 ferat Σ, *corr. Manutius* rei lationem *Mommsen* 13 cautum *KS* : factum *PM* : . . . . . . . *S* quod aliquot *scripsi* : quod *S* : quo *PM* 14 L. *Manutius* : . . . . . . . *S* : Cn. *P* : Gneo . . . . . . . . *M* : septem et xx L. *Baiter* Coelio *KS* 15 paucos (*suprascr.* ul) *S* annos . . . . . . (10 *litt. M*) *SM* : annos *P* : *suppl. KS* 16 Cretensibus *PM* (*ante* 6 *litt. lac. M*) : Cretens . . . . . . *S* ea re *P* : ea . . . . . *M* : ea repulsa *KS*

offensus senatui questus est de ea *in contio*ne: exhauriri
51 provincias usuris; ⌜providendum ut haberent legati unde praesenti *die* darent; promulgavitque legem qua auctoritatem senatus minuebat, ne quis nisi per populum legibus solveretur. Quod antiquo quoque iure erat cautum; itaque in omnibus S. C. quibus aliquem legibus solvi placebat adici erat solitum ut de ea re ad populum ferretur: sed paulatim ferri erat desitum resque iam in eam consuetudinem venerat ut postremo ne adiceretur quidem in senatus consultis de rogatione ad populum ferenda; eaque ipsa S. C. per pauculos admodum fiebant. Indigne eam Corneli rogationem tulerant potentissimi quique ex senatu quorum gratia magnopere minuebatur; itaque P. Servilius Globulus tribunus plebis inventus erat qui C. Cornelio obsisteret. Is, ubi legis ferundae dies venit et praeco subiciente scriba verba legis recitare populo coepit, et scribam subicere et praeconem pronuntiare passus non est. Tum Cornelius ipse codicem recitavit. Quod cum improbe fieri C. Piso consul vehementer quereretur *tollique* tribuniciam intercessionem diceret, gravi convicio a populo exceptus est; et cum ille eos qui sibi intentabant manus prendi a lictore iussisset, fracti eius fasces sunt lapidesque etiam ex ultima contione in consulem iacti: quo tumultu Cornelius perturbatus concilium dimisit *actutum*. Actum deinde eadem de re in senatu est magnis contentionibus. Tum Cornelius

1 ea . . . . . . . ne Σ, *suppl. Sigonius* 2 prouidendum *PM*: . . . . . . . . . *S* 3 praesenti die darent *scripsi* (*cf. Dig.* xlv. 1. 41): praesentia . . . . . . (11 *litt. M*) darent Σ: praesentia munera darent *Mommsen* auctoritatem (-te *M*) *PM*: . . . . . . *S* 4 quis nisi *ed. Ald.*: quiuis *S*, *Poggius*: quis $P^1$: qui uisui *M* 6 adiecerat Σ, *corr. Lodoicus* 7 ea *P*: *om. SM* 12 ex S. C. Σ, *corr. Sigonius*

13 inuentus erat tr. pl. *P* 14 C. *Manutius*: L. Σ 15 legis ferundae *P*: legisfer ūn̄ *M*: legifer unde *S* 16 recitaret *M* co . . pit $S^1$ (*corr. in mg.*) 19 tollique *add. Hotoman* 21 eos *M*: cos. (cons. *S*) *SP* 22 sunt *Gronovius*: cuncti Σ 24 actutum *Purser*: . . . . . . *SM*: *om. P* 25 est magnis *om. S*

ita ferre rursus coepit ne quis in senatu legibus solveretur nisi cc adfuissent, neve quis, cum solutus esset, intercederet, 52 cum de ea re ad populum ferretur. Haec sine tumultu res acta est. Nemo enim negare poterat pro senatus auctoritate esse eam legem; sed tamen eam tulit invitis optimatibus, qui per paucos *amicis* gratificari solebant. Aliam deinde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis tulit, ut praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quae res studium aut gratiam ambitiosis praetoribus qui varie ius dicere assueverant sustulit. Alias quoque complures leges Cornelius promulgavit, quibus plerisque collegae intercesserunt: per quas contentiones totius tribunatus eius tempus peractum est.

Sequenti deinde anno M'. Lepido L. Volcacio coss., quo anno praetor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Cominii lege Cornelia de maiestate fecerunt. Detulit nomen Publius, subscripsit Gaius. Et cum P. Cassius praetor decimo die, ut mos est, adesse iussisset, eoque die ipse non adfuisset seu avocatus propter publici frumenti curam seu gratificans reo, circumventi sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus ita ut mors intentaretur, si mox non

1 ferre rursus *P* : ferretur . . . . . . . . *S* : ferretur rursus . . . . *M*    1–2 in senatu . . . quis *om.* *S*    2 CC *P* : . . . CC *M* : CC non minus *Mommsen*    solutus *PM* : . . . . . . . . . *S* : quis ita solutus *Mommsen*    3 ad populum *PM* : . . . . . . . . . *S*    4 acta est *PM* : . . . . . . . . . *S*    5 senatus auctoritate *M* : . . . . . . auctoritate *S* : auctoritate senatus *P*    eam tulit *PM* : . . . . . . . *S*    6 per *Mommsen* : vel Σ    paucos . . . . . . . (10 *litt.* *S*, 7 *P*, 5 *M*) Σ, *ego supplevi*    7 aliam *PM* : ali . . . . . *S*    et sine more pugnare Σ, *correxit* π    9 studium aut *scripsi* : eum aut Σ : summatim *Mommsen* : cunctam *Baiter*    10 assueverant] solebant *P*[1], *corr.* *Poggius*    11 sustulit *P* : substulit *SM*    12 plerisque *SM* : plerique *P*    intercesserunt *P* : intercesserũ et *S* : intercessurum ẹṭ *M*    13 totius Σ : totus *Poggius*    eius tempus *KS* : tempore eius Σ : *fort.* tempus reliquum    15 M. Σ, *corr.* *Manutius*    16 reum Cornelium *om.* *M*    18 scripsit *S* C. Σ : L. *Cic. Clu.* 99    20 auocatus *P* : aduocatus *SM*    21 ante *P* : an *SM*

desisterent. Quam perniciem vix effugerunt interventu consulum qui advocati reo descenderant. Et cum in scalas quasdam Cominii fugissent, clausi in noctem ibi se occultaverunt, deinde per tecta vicinarum aedium profugerunt ex urbe. Postero die, cum P. Cassius adsedisset et citati accusatores non adessent, exemptum nomen est de reis Corneli; Cominii autem magna infamia flagraverunt vendidisse silentium magna pecunia.

Sequente deinde anno L. Cotta L. Torquato coss., quo
53 haec oratio a Cicerone praetura *nuper* peracta dicta est, cum primum apparu*isset* Manilius qui iudicium per operarum duces turbaverat, deinde quod ex S. C. ambo consules . . . . . . . . . . . . . . praesidebant ei iudicio, non respondi*sset at*que esset damnatus, recreavit se *Cominius*, *ut infam*iam acceptae pecuniae tolleret, ac *repetiit* Cornelium lege maiestatis. Res acta est magna exspectatione. Paucos autem co*mites* Cornelius perterritus Manili exitu . . . . . . . in iudicium adhibuit, ut ne clamor quidem ullus ab advocatis eius oriretur.

Dixerunt in eum infesti testimonia principes civitatis qui plurimum in senatu poterant Q. Hortensius, Q. Catulus, Q. Metellus Pius, M. Lucullus, M'. Lepidus. Dixerunt autem hoc: vidisse se cum Cornelius in tribunatu codicem

3 clauso Σ, *corr. Manutius* 4 aedium *P*: *om. SM* 5 P. *om. M* 10 praetura nuper peracta *KS*: pretura pretore *P*: praetura . . . . . . . . praetore *S*: . . . . . . . . pretore *M*: praetorio *Sigonius* cum prima pars . . . . . . Manilius (pars M. Manilius *P*) Σ: *suppl. Sigonius* 11 duces π: iudices *PM*: . . . *S* 12 turbauerat π*M*: . . . bauerat *SP* dein *P* ambo *Popma*: anno Σ cons. (cos. *P*) . . . . . . . . . . . . . . (8 *litt. P*) praesidebant *SP*: consules praesidebant *M*: *fort.* praesentes erant et *supplendum* 13 ei *KS*: et Σ respondi (-is *P*) . . . . . . . . que *SP*: respondi atque *M*, *corr.* π 14 recreavisset . . . . . . . . . . (*lac. om. S*) iam accepta pecunia tollere ait (et *S*) . . . . . . . . Cornelium Σ: *suppl. KS* 16 magna *om. S* autem comites *scripsi*: ante (añ *S*) me go . . . . . . . . Σ: autem homines *KS*: ante menses. Ergo *Madvig* 17 exitu . . . . . . . Σ: recenti *suppl. KS* 18 illius Σ, *corr. Manutius* 21 L. Lucullus *P* M'. *Manutius*: M. *P*: L. *SM*

pro rostris ipse recitaret, quod ante Cornelium nemo fecisse existimaretur. Volebant videri se iudicare eam rem magnopere ad crimen imminutae maiestatis tribuniciae pertinere; etenim prope tollebatur intercessio, si id tribunis permitteretur. Non poterat negare id factum esse *Cicero*, is eo confugit ut diceret non ideo quod lectus sit codex a tribuno imminutam esse tribuniciam potestatem. Qua vero arte et scientia orationis ita ut et dignitatem clarissimorum civium contra quos dicebat non violaret, et tamen auctoritate eorum laedi reum non pateretur, quantaque moderatione rem tam difficilem aliis tractaverit lectio ipsa declarabit. Adiumentum autem habuit quod, sicut diximus, Cornelius praeter **54**
destrictum propositum animi adversus principum voluntatem cetera vita nihil fecerat quod magnopere improbaretur; praeterea quod et ipse Globulus qui *interces*serat aderat Cornelio, *et*—quod ipsum quoque diximus—quod Cornelius Pompeii Magni quaestor fuerat, apud duas *decurias* profuit equitum Romanorum et tribuno*rum aerariorum* et ex tertia quoque parte *senatorum* apud plerosque exceptis eis *qui erant* familiares principum civitatis. Res acta est magno conventu, magnaque exspectatione quis eventus iudicii futurus esset. . . . . . . . . a summis viris dici testimo*nia* et id quod ei dicerent confiteri *reum* animadvertebant. Exstat oratio Comini accusatoris quam sumere in manus est ali-

5 Cicero *add. Baiter* 4 etenim *Manutius*: et cum Σ 6 non video qui Σ, *corr. Lodoicus* 11 aliis] Tullius *Rinkes* 13 animaduersus *S*: aduersus *PM*, *corr. KS* 14 improbaretur *P*: improbabantur *S*: improbat˜ *M* 15 qui . . . . . . erat Σ, *suppl. Manutius* 16 et *add. Hotoman* 17 Pompei *P*: . . . . . . *SM* duas . . . . . . . Σ, *suppl. Madvig* profuit *scripsi*: praeferat *SM*: praefecturas *P* 18 tribuno . . . . . . Σ, *suppl. Baiter* 19 parte . . . . . . (*om. lac. M*) Σ: *suppl. KS* exceptis iis (extepisus *S*) . . . . . . . Σ, *suppl. Madvig* 20 familiaris Σ, *corr. Madvig* acta est *PM* (*seq.* 8 *litt. lac. in M*): . . . . . . . *S* magno . . . . testimonia *om. M* 21 exspectatione *P*: exspe . . . . . . . . *S* 22 esset . . . . . . . . *SP*: namque et *suppl. KS* dicit extimo . . . . . . *SP*, *corr. Manutius* (in Cornelium *add. KS*) 23 confiteri . . . . . . (*om. lac. P*) Σ: *suppl. Manutius* advertebant *S* 24 Comini *Gronovius*: hominis Σ aliquot Σ, *corr. ed. Ven.*

quod operae pretium, non solum propter Ciceronis orationes quas pro Cornelio habemus sed etiam propter semet ipsam. Cicero, *ut* ipse significat, quatriduo Cornelium defendit; quas actiones contulisse eum in duas orationes apparet. Iudicium id exercuit Q. Gallius praetor.

[In hac causa tres sunt quaestiones: prima, cum sit Cornelius reus maiestatis legis Corneliae, utrum certae aliquae res sint ea lege comprehensae quibus solis reus maiestatis teneatur, quod patronus defendit; an libera eius interpretatio iudici relicta sit, quod accusator proponit. Secunda
55 est an quod Cornelius fecit †ne ca maiestatis teneatur. Tertia an minuendae maiestatis animum habuerit.]

## *ENARRATIO*

### VER. A PRIMO CIRCI. CLX

Postulatur apud me praetorem primum de pecuniis repetundis. Prospectat videlicet Cominius quid agatur: videt homines faeneos in medium ad temptandum periculum proiectos.

Simulacra effigie hominum ex faeno fieri solebant quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri irritarentur.

Quid? Metellus summa nobilitate ac virtute, cum bis iurasset, semel privatim, *iterum lege*, privatim

1 opera etiam *S*  2 ipm̃ *P*  3 ut *add. KS*  4 quas *Lodoicus*: duas Σ  cum in Σ, *corr. Beraldus*  appareat Σ, *corr.* ς, *Beraldus*  5 Gallus Σ, *corr. Manutius*  6–12 *om. P, ed. V, alii*  8 sunt *SM, corr. KS*  ex lege *SM, corr. Mommsen*  9 interpretatione iudicii *SM, corr. KS*  11 ne ca *S*: ne ea *M*: ex eo *KS*: nomine *Purser*  13 *add. Baiter*  14 CLX *KS*: CLXI Σ  15 a me praetore Σ, *corr. Manutius*  primum *om. M*  18 proiectos *Poggius, M*: proiectus $SP^1$  19 effigies (-cies *M*) Σ, *corr. Baiter*  22 priuatim *Poggius, M*: priua . . . . . . *S*: priuatus $P^1$  iterum lege *suppl. KS*  priuatum patre Σ, *corr. KS*

patris, publice legis . . . . . . deiectus est? ratione an vi? at utri*mque omnem* suspicionem animi tollit *et C. Curionis* virtus ac dignitas et Q. Metelli s*pectata* adulescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.

Hoc exemplum affert hoc loco, quod vult probare desistere eum debere ab accusatione—quamvis neque accusatus sit neque fecerit pactionem—nam Metellus et postulaverat Curionem et destiterat. Confugit autem orator ad Metelli nobilitatem et ad C. Curionis industriam ut tegeret id quod illi utilius quam honestius fecerant. Res autem tota se sic **56** habet: in qua quidem illud primum explicandum est, de quo Metello hoc dicit. Fuerunt enim tunc plures Quinti Metelli, ex quibus duo consulares, Pius et Creticus, de quibus apparet eum non dicere, duo autem adulescentes, Nepos et Celer, ex quibus nunc Nepotem significat. Eius enim patrem Q. Metellum Nepotem, Baliarici filium, Macedonici nepotem qui consul fuit cum T. Didio, Curio is de quo loquitur accusavit: isque Metellus moriens petiit ab hoc filio suo Metello ut Curionem accusatorem suum accusaret, et id facturum esse iure iurando adegit. Metellus fecit reum Curionem; cumque interim quendam civem idem Metellus servum suum esse contendens vi arripuisset ac verberibus affecisset, Curio assertorem ei comparavit. Dein cum appareret eum exitum iudicii illius futurum ut

1 legis . . . . . . *SM* : *lac. om. P* : *fort.* religione *supplendum* 2 ȧd utri . . . . . . . . (6 *litt. P*) *SP* : ãıa aduerti . . . . . . . . . . . *M* : *suppl. KS* tollit . . . . . . . . . Σ, *suppl. Manutius* 3 spectata *KS* : s . . . . . . *SP* : . . . . . . . . . *M* 4 omnibus *P* : . . . . . . . . . . *S* : *om. M* 5 ornatam Σ, *corr. Manutius* 6 adfert *PM* : . . . . *S* hoc *om.* *SP*[1] 7 eum debere *PM* : . . . . . . . *S* : Cominium debere *Madvig* quamquam *P* accusatus sit *scripsi* : accusauerit *PM* : . . . . . . *S* : reus factus sit *KS* 8 fecerint *S* actionem Σ, *corr. Manutius* nam et *S* 9 desistere *SP*[1] : desiderat *M*, *corr. Poggius* 10 legeret Σ, *corr. Orelli* 12 explicandum *P* : explicare dum *SM* 13 dicat *KS* 15 cum non diceret *S* 17 balliarici *P* : balleari ei *M* : ualliarici *S* Macedoni Σ, *corr. Beraldus* 19 accusabis *S* 20 accusare *S* 21 esse] et se *S* 23 ui *P* : cui *SM*

liber is iudicaretur quem Metellus verberibus affectum esse negare non poterat, inter Metellum et Curionem facta concordia *est* pactione ut neque arbitrium de libertate pera-gere*tur*, esset tamen ille in libertate de quo *agebatur*, neque Metellus perstaret in accusatione Curionis: eaque pactio ab utroque servata est. Huc ergo illud pertinet, cum iurasse dixit semel privatim . . . . . . . . iterum lege, tum scilicet cum in Curionem calumniam iuravit. Cum hoc autem Metello postea Cicero simultates gessit; evasit enim Metellus malus atque improbus civis.

Legem, inquit, de libertinorum suffragiis Cornelius C.
**57** Manilio dedit. Quid est hoc 'dedit'? Attulit? an rogavit? an hortatus est? Attulisse ridiculum est, quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem aut ad excogitandum reconditam: quae lex paucis his annis non modo scripta sed etiam lata esset.

P. Sulpicium in tribunatu hanc eandem legem tulisse iam significavimus. Tulit autem L. Sulla qui postea Felix appellatus *est* Q. Pompeio consulibus ante XXIII annos quam haec dicta sunt, cum per vim rem p. possedisset *et* ab initiis bonarum actionum ad perditas progressus esset: quod et initium bellorum civilium fuit, et propter quod ipse Sulpicius consulum armis iure oppressus esse visus est.

2 inter *P*: . . . . . inter *M*: *lac.* 17 *litt. hab. S* 3 concordia est pactione ut neque *Purser*: concordia ut neque *P*[1], pactione neque *P corr. m.* 1: concordia *M*: . . . . . . . . . *S* arbitrium . . . de quo *in. mg. hab. P* peregeř . . . . . (9 *litt. M*) Σ, *corr. Madvig* 4 esset *scripsi*: sed Σ: rediret *KS* libertate *M*: libertatem *SP* agebatur *KS*: . . . . . . . . . . . . (8 *litt. M*) *SM*: *om. P* 5 in accusatione *P*: in ac (hac *M*) . . . . . . . . . *SM* 6 servata *scripsi*: firmata *PM*: . . . . . *S* cum *P*: . . . . . . . . *SM*: quod bis eum *KS* 7 priuatim . . . . . . . . . *SM*: priuatim et *P*: apud patrem *suppl. KS* legatum Σ, *corr. Sigonius* 8 iurauit *P*: rogauit curavit *S*: durarum *M* 11 cũ Mallio (Manlio *M*) Σ, *corr. Manutius* 12 an tulit Σ, *corr. Madvig* 13 an tulisse Σ, *corr. Madvig* 15 recognitam Σ, *corr. ed. Iunt.* 17 iam *KS*: eam *SM*: *om. P* 18 significabimus Σ, *corr. ed. Ald.* 19 est *add. Madvig* XVI Σ, *corr. Manutius* 20 et ab *Beraldus*: ab Σ 23 consulum *Madvig*: coss. (cos. *P*) Σ ire Σ, *corr. Sigonius* esset uissus *S*

In quo cum multa reprehensa sint, tum imprimis celeritas actionis.

Celeritatem actionis significat, quod Manilius, sicut iam ostendimus, post pauculos statim dies quam inierat tribunatum legem eandem Compitalibus pertulit.

Petivit tamen a me praetor maxima contentione ut causam Manili defenderem.

C. Attium Celsum significat, sicut iam ante dictum est.

## VER. A PRI. DCCCL

dicit de eodem Manili tribunatu:

Nam cum is tr. pl. duas leges in eo magistratu tulisset, unam perniciosam, alteram egregiam: quod summae rei p. nocuisset ab illo ipso tr. abiectum est, bonum autem 58 quod . . . . . . summa resp. manet et †in vestri ordina . . . dis fuit.

Dictum est iam supra de his legibus, quarum una de libertinorum suffragiis, quae cum S. C. damnata esset, ab ipso quoque Manilio *non* ultra defensa est: altera de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando, ex qua lege tum Magnus Pompeius bellum gerebat.

1 sunt *Sigonius* 3 quod *Beraldus*: ut Σ: quia *Manutius* 6 praetor *ed. Iunt.*: p̃r. Σ: pater *ed. Ven.*: praetore *Manutius* contentione *KS*: constitutione Σ: contestatione *ed. Ald.*: *fort.* in contione 8 Cattium (carti- *S*) Σ, *corr. Madvig* 9 DCCCCL *P* 11 is tr. pl. *P*: T. ple *M*: . . . . . . . . . . . *S* tulisset in eo magistratu *P* 12 unam pernitiosam *PM*: . . . . . . . ciosam *S* summae rei p. *scripsi*: summa resp. (rep. *M*) *PM*: . . . . pu[ca] *S* nocuisset *scripsi*: non hesit sed Σ 13 ipso tr. *P*: ipso tribunum *M*: ipso *S*: ipso qui paraverat *KS* 14 quod . . . . . . . *SM*: quod *P*: *fort.* poscebat *supplendum* res p. Σ: in re p. *Mommsen* in uestri ordina . . . . (*om. lac. M*) dis fuit (dis . . . fuit *P*) Σ: imperi vestri ordinarios (!) hostes dispulit *Mommsen* 16 iam *KS*: etiam Σ supra dictis Σ, *corr. Manutius* quarum una *Manutius*: quas nunc Σ: quas nunc tangit: altera fuit *Mommsen* 18 non *add. KS* ultra] altera *Poggius* 20 cum Σ, *corr. ed. Ald.*

Dicit de disturbato iudicio Maniliano:

Aliis ille in illum furorem magnis hominibus auctoribus impulsus est qui aliquod institui exemplum disturbandorum iudiciorum *reip.* perniciosissimum, temporibus suis accommodatissimum, meis alienissimum rationibus cupiverunt.

L. Catilinam et Cn. Pisonem videtur significare. Fuit autem Catilina patricius et eodem illo tempore erat reus repetundarum, cum provinciam Africam obtinuisset et consulatus candidatum se ostendisset. Accusator erat eius P. Clodius, adulescens ipse quoque perditus, qui postea cum Cicerone inimicitias gessit. Cn. quoque Piso, adulescens potens et turbulentus, familiaris erat Catilinae omniumque consiliorum eius particeps et turbarum auctor.

## VER. CIR. ∞X

Possum dicere hominem summa prudentia spectatum, C. Cottam, de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum rettulisse.

Hic est Cotta de quo iam saepe diximus, magnus orator habitus et compar in ea gloria P. Sulpicio et C. Caesari
59 . . . . . . . Videntur autem in rebus parvis fuisse leges illae, quas cum tulisset, rettulit de eis abrogandis ad senatum. Nam neque apud Sallustium neque apud Livium neque apud Fenestellam ullius alterius latae ab eo legis *est* mentio

3 aliquod *P*: aliquot *SM* instituit Σ, *corr. Manutius* 4 rei p. *add. Patricius* 5 eis Σ, *corr. Manutius* (*fort.* eius) 6 cupiverunt *scripsi*: cupierunt Σ 9 et consulatus . . . ostendisset *om. S* 10 erat *om. S* 12 inimicitias *P*: inimicitiam *SM* Piso *Lodoicus*: ipse Σ 15 ∞x *KS*: s xi Σ 17 spectatum *KS*: captum (σaptum *P*) Σ: clarum *Manutius*: praeditus *mg. Beraldi* Cottam de *P*: cocta inde *S*: cottam in *M* 18 retulisset *S* 20 Caesari . . . . . . . *SM*: *lac. om. P*: aequalibus *suppl. KS* 22 quas cum *P*: . . . . . cum *SM* iis *P*: his *SM* 24 legis *PM*: . . . . . *S* est *add. Bücheler*

praeter eam quam in consulatu *tulit invita* nobilitate magno populi studio, ut eis *qui tr. pl.* fuissent alios quoque magistratus *capere* liceret; quod lex *a* dictatore L. Sulla paucis *ante annis* lata prohibebat: neque eam Cottae legem abrogatam esse significat.

## SEQVITVR

Possum etiam eiusdem Cottae legem de iudiciis privatis anno post quam lata sit a fratre eius *abrogatam*.

*M.* Cottam significat. Fuerunt autem *fratres* tres: duo hi, C., M., tertius L. Cotta qui lege sua iudicia inter tres ordines communicavit senatum, equites, tribunos aerarios; adeptique sunt omnes consulatum.

## STATIM

Legem Liciniam et Muciam de civibus redigendis video constare inter omnis, quamquam duo consules omnium quos vidimus sapientissimi tulissent, non modo inutilem sed perniciosam rei publicae fuisse.

L. Licinium Crassum oratorem et Q. Mucium Scaevolam pont. max. eundemque et oratorem et iuris consultum significat. Hi enim legem eam de qua loquitur de redigendis 60
in suas civitates sociis in consulatu tulerunt. Nam cum

1 consulatu *Madvig*: contione Σ . . . . . (5 *litt. S*, 7 *P*, 12 *M*) nobilitate Σ, *suppl. Manutius* 2 eis qui tr. pl. *Manutius*: his . . . . . *SP*, *om. M* 3 capere liceret *Manutius*: aliter et Σ a *add. Manutius* dictatori *S* paucis . . . . . . *PM*: *lac. om. S*, *suppl. Manutius* 4 prohibebant *SP* (perhibebant *Poggius*, *M*), *corr. Manutius* abrogatam . . . legem (*v.* 7) *om. S* 7 eius Σ, *corr. Manutius* 8 abrogatam *add. Manutius* 10 M. *add. Manutius* fratres *add. Bücheler* 11 hic m Σ, *corr. KS* (hi C. et M. *Manutius*) 15 redigendis *Schol. Bob. ad Sest.* § 30, *Pighius*: regundis Σ 16 quam Σ, *corr. Halm* 17 quos *PM*: quos nos *S* 20 L. *Manutius*: P. Σ 22 hic Σ, *corr. Poggius* regendis in sua civitate Σ, *corr. Pighius* 23 in suo *P* nam cum *KS*: nam *SM*: cum *P*: cum enim *Manutius*

summa cupiditate civitatis Romanae Italici populi tenerentur et ob id magna pars eorum pro civibus Romanis se gereret, necessaria lex visa est ut in suae quisque civitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum ut ea vel maxima causa belli Italici quod post triennium exortum est fuerit.

Quattuor omnino genera sunt, iudices, in quibus per senatum more maiorum statuatur aliquid de legibus. Vnum est eius modi placere legem abrogari: ut Q. Caecilio M. Iunio coss. quae leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur.

Q. Caecilius Metellus Numidicus, M. Iunius Silanus, de quibus facit mentionem, consules fuerunt bello Cimbrico quod diu prave simul et infeliciter administratum est; atque ipse quoque hic Iunius male rem adversus Cimbros gessit . . . †ac plures leges quae per eos annos †quibus hec significabantur populo latae erant, quibus militiae stipendia minuebantur, abrogavit.

Alterum, quae lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri: ut L. Marcio Sex. Iulio coss. de legibus Liviis.

Puto vos reminisci has esse leges Livias quas illis consuli-

2 se gereret *P*: regeret *SM* 9 huius modi *S* abrogare Σ, *corr. Beraldus* 10 M. Iunio *Lodoicus*: m. emilio Σ coss. *Lodoicus*: cos. Σ (*cf.* 20) 12 Numidicus Metellus Σ, *corr. Lodoicus* siluius Σ, *corr. Manutius* 13 bello cimbrico *PM* (*post* bello *lac.* 7 *litt. in M*): -brico *S post* 20 *litt. lac.* 14 demonstratum *SM*: gestum *P*, *corr. KS* 15 Iunius *P*: unius *M*: . . . . . . . . . . . . *S* combros *S*[1] 16 gessit ac . . *P*: gessit . . . . . ac *M*: gessi . . . . . . . . . . . . *S*: gessit. Idem postea *Madvig* quibus hec significabantur *PM*: . . . . . . . . . . . . significabantur *S*: quibus haec gerebantur *Manutius*: ab iis qui gratificabantur *Madvig* 18 abrogauit *P*: abroga . . . . . . . *S*: abrogauit q[i] . . . . . . *M* 19 alterum *Manutius*: quartum (-u *M*) quac (q; *M*) *SM*: quantumque *P* (‘*Adnotatio cum sequenti locum mutasse videtur*’ *KS*) 20 coss. *scripsi*: cos. Σ 21 uiuis *S*: uiniis *M*: iuniis *P*, *corr. Manutius* (*ita mox*) 22 illis *Poggius*, *M*: illi *SP*[1]

bus M. Livius Drusus tribunus plebis tulerit. Qui cum **61** senatus partes tuendas suscepisset et leges pro optimatibus tulisset, postea eo licentiae est progressus ut nullum in his morem servaret. Itaque Philippus cos. qui ei inimicus erat obtinuit a senatu ut leges eius omnes uno S. C. tollerentur. Decretum est enim contra auspicia esse latas neque eis teneri populum.

Tertium est de legum derogationibus—: quo de genere persaepe S. C. fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia cui derogaretur.

Lex haec Calpurnia de ambitu erat. Tulerat eam ante biennium C. Calpurnius Piso cos., in qua praeter alias poenas pecuniaria quoque poena erat adiecta.

P. Africanus ille superior, *ut* dicitur, non solum a sapientissimis hominibus qui tum erant verum etiam a se ipso saepe accusatus est quod, cum consul esset cum Ti. Longo, passus esset tum primum a populari consessu senatoria subsellia separari.

Hoc factum est secundo consulatu Scipionis post septimum annum quam Carthaginensibus bello secundo data est pax. Factum id esse autem Antias tradidit ludis Romanis quos fecerunt aediles curules *C.* Atilius Serranus, L. Scribonius Libo, et id eos fecisse iussu censorum Sex. Aeli Paeti, C. Corneli Cethegi. Et videtur in hac quidem oratione hunc auctorem secutus Cicero dixisse passum esse

1 M. Iubilius Σ, *corr. Manutius* 3 ea licentia Σ, *corr. Lodoicus* 6 his Σ, *corr. Manutius* 8 abrogationibus Σ, *corr. Manutius* quo in genere *Bücheler* 10 cui *Lambinus* : que (-ae *S*) Σ : quo *Bücheler* 14 ut *add. ed. Ald.* 15 tunc *S* 16 est] esse *Baiter* 17 T. *SP* : ter *M*, *corr. Manutius* primum a *Manutius* : plurima Σ 18 consensu Σ, *corr. Poggius* 21 tradidit *PM* : traduxit *S* : tradit *KS* 22 C. *add. Manutius* fecerint *S* attilius *SM* 23 L. *Manutius* : T. Σ et id eos *Baiter* : cideos Σ : id eos *Manutius* ius Σ, *corr. Lodoicus* 24 leti Σ, *corr. Manutius* Cetegi Σ, *corr. Beraldus* hac quidem oratione hunc *SM* : hac oratione hunc quidem *P* 25 secutum *P* passum *PM* : . . . . . . . . . . . *S*

Scipionem secerni a cetero consessu spectacula senatorum. In ea autem quam post aliquot annos habuit de haruspicum
62 responso, non passum esse Scipionem, sed ipsum auctorem fuisse dandi eum locum senatoribus videtur significare. Verba eius haec sunt: Nam quid ego de illis ludis loquar quos in Palatio nostri maiores ante templum Matris Magnae fieri celebrarique voluerunt?— quibus primum ludis ante populi consessum senatui locum P. Africanus II cos. *ille maior dedit* * * * * et collega eius Sempronio Longo hoc tributum esse senatui scribit, sed sine mentione Megalesium—aediles enim eos ludos facere soliti erant—votivis ludis factum tradit quos Scipio et Longus coss. fecerint. Non praeterire autem vos volo esse oratoriae calliditatis ius ut, cum opus est, eisdem rebus ab utraque parte vel a contrariis utantur. Nam cum secundum Ciceronis opinionem auctore Scipione consule aediles secretum ante omnis locum spectandi senatoribus dederint, *de* eodem illo facto Scipionis in hac quidem oratione, quia causa popularis erat premebaturque senatus auctoritate atque ob id dignitatem eius ordinis quam posset maxime elevari causae expediebat, paenituisse ait Scipionem quod passus esset id fieri; in ea vero de haruspicum responso, quia in senatu habebatur cuius auribus erat blandiendum, et magnopere illum laudat et non auctorem fuisse dandi— nam id erat levius—sed ipsum etiam dedisse dicit.

1 consessu (-sensu *M*) *PM*: . . . . . . . . . . *S* 2 post aliquot *P*: postulo quot *S*: postulo aliquot *M* 3 ipsum *om. S* actorem *SM* 7 Matris Magnae Σ: in ipso Matris Magnae conspectu Megalesibus *Cic.* (*Har. Resp.* 24) 8 ludis primum *Cic.* consessum *P*: consensum (-u *M*) *SM* 9 ille maior dedit *Cic.*, *om.* Σ: *post hoc excidisse aliquid velut* Fenestella quoque a Scipione Africano II cos. *monent post Madvigium KS* 10 colla $P^1$ 13 nõs *P* 14 ius *del. Manutius*: *fort.* istud est *Baiter*: esset Σ 15 utatur *Beraldus* 18 de *add. KS* 20 possit Σ, *corr. Orelli* 21 elabari Σ, *corr. Beraldus* 22 vero *Baiter*: oratione Σ: *del. Manutius* de] ad *S* respondendo *S* 24 illum *P*: illam *SM*: *fort.* rem illam

## CIRCA MEDIVM

Quo loco enumerat, cum lex feratur, quot loca intercessionis sint, *ante quam qui legem fert populum* iubeat discedere.

Est utique ius vetandi, cum ea feratur, quam diu . . . . . . . ferundi transferuntur; id est . . . . . . . . 63
lex, dum privati dicunt, dum . . . . . . . . . dum sitella defertur, dum aequantur sortes, dum sortitio fit, et si qua sunt alia huius generis.

†Alia populus confusus ut semper alias, ita et in contione. †Id peractis, cum id solum superest ut populus sententiam ferat, iubet eum is qui fert legem discedere: quod verbum non hoc significat quod in communi consuetudine *est*, eant de eo loco ubi lex feratur, sed in suam quisque tribum discedat in qua est suffragium laturus.

## PAVLO POST

Vnum tamen quod hoc ipso tr. pl. factum est praetermittendum non videtur. Neque enim maius est legere codicem, cum intercedatur, quam sitellam ipsum coram ipso intercessore deferre, nec gravius incipere ferre quam perferre, nec vehementius ostendere se laturum invito collega quam ipsi collegae magistratum abrogare, nec criminosius tribus ad legem accipiendam quam ad collegam

2 numerat Σ, *corr. KS* quot] quo *P*[1] 3 sunt Σ, *corr. Sigonius* antequam . . . populum *om.* Σ, *suppl. Sigonius* 4 dicere Σ, *corr. Sigonius* 5 utique *P*: uti quod *SM* quamdiu . . . . . . . Σ: quibus ius est suffragii *suppl. Bücheler* 6 id est . . . . . . . . (11 *litt. M*) Σ: dum recitatur *suppl. KS* 7 dum . . . . . . . . . (5 *litt. M*) Σ: summovetur populus *suppl. Mommsen* 8 aequantur sortes *PM*: equo . . . . si fortes *S* 10 alia Σ: astat *Bücheler*: *fort.* antea alias *Beraldus*: alia Σ 11 id Σ: iis *ed. Ald.*: ideo ceteris *KS* 12 eum *SM*: enim *P* dicere Σ, *corr. Rau* 13 est, eant *scripsi*: eant Σ: est *Manutius*: ut abeant *Mommsen*: erat *ed. Ven.* 14 feratur *SM*: fertur *P* descendat Σ, *corr. Manutius* 15 daturus *S* 20 ipsam Σ, *corr. KS* coram *Rinkes*: cum Σ: de *Madvig*

reddendum privatum intro vocare: quae vir fortis, huius collega, A. Gabinius in re optima fecit omnia; neque, cum salutem populo Romano atque omnibus gentibus finem diuturnae turpitudinis et servitutis afferret, passus est plus unius collegae sui quam universae civitatis vocem valere et voluntatem.

Manifestum est de ea lege *Gabini* Ciceronem nunc dicere qua Cn. Pompeio bellum adversus piratas datum est.
64 L. autem Trebellius *est* tribunus plebis quem *non* nominat: quo perseverante intercedere—nam senatui promiserat moriturum se ante quam illa lex perferretur—intro vocare tribus Gabinius coepit ut Trebellio magistratum abrogaret, sicut quondam Ti. Gracchus tribunus M. Octavio collegae suo magistratum abrogavit. Et aliquam diu Trebellius ea re non perterritus aderat perstabatque in intercessione, quod id minari magis quam perseveraturum esse Gabinium arbitrabatur; sed post quam x et VII tribus rogationem acceperunt, ut una minus esset, et modo una supererat *ut* populi iussum conficeret, remisit intercessionem Trebellius: atque ita legem Gabinius de piratis persequendis pertulit.

At enim de corrigenda lege rettulerunt.

Diximus iam in principio Cornelium primo legem promulgasse ne quis per senatum lege solveretur, *tum* tulisse ut tum denique de ea re S. C. fieret, cum adessent in senatu non minus CC. Haec est illa quam appellat correctio.

1 qui *S* 2 A.] aut *SP*[1], *om. M*: Aulus *Poggius* 4 cupiditatis *ante* turpitudinis *add.* Σ, *del. Madvig* (captivitatis *Manutius*) 6 ualere *PM* : . . . . . . . . . *S* 7 uoluntatem *P*: uoluntate *SM* 8 lege . . . . . . . . *SM* : lege *P*: *suppl. KS* 10 est *add. Baiter* non *add. Manutius* 11 senatus Σ, *corr. Sozomenus* 13 abrogarent Σ, *corr. Manutius* 14 Ti. *Manutius* : C. Σ tribus *S* 16 perterritus non Σ, *corr. Manutius* in *P*: *om. SM* qụị quod *S* id minari *KS* : damnari Σ : minari *Orelli* 19 ut una minus esset et modo una (una modo) *Madvig* : et una mens esset ut *P mg.* (*m.* 1): et una modo *SP*[1] : et una quoque mens esset ut *M* ut (*ante* populi) *add. ed. Iunt.* 24 tum *addidi* : *om.* Σ : deinde *add. Manutius* 26 cc *Manutius* : et Σ est *Manutius* : et Σ

Idem, *nisi* haec ipsa lex quam C. Cornelius tulit obstitisset, decrevissent id quod palam iam isti defensores iudiciorum propugnaverunt, senatui non placere id iudicium de Sullae bonis fieri. Quam ego causam longe aliter praetor in contione defendi, cum id dicerem quod idem iudices postea statuerunt, iudicium aequiore tempore fieri oportere.

Quia defuerat superioribus temporibus in aerario pecunia publica, multa et saepe eius rei remedia erant quaesita; in quibus hoc quoque ut pecuniae publicae quae residuae apud quemque essent exigerentur. Id autem maxime pertinebat ad Cornelium Faustum dictatoris filium, quia Sulla per **65** multos annos quibus exercitibus praefuerat et rem publicam tenuerat sumpserat pecunias ex vectigalibus et ex aerario populi Romani; eaque res saepe erat agitata, saepe omissa partim propter *gratiam* Sullanarum partium, partim . . . . . . . . . . . quod iniquum videbatur post tot annos *ut* quam quis pecuniam acceperat resque . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . redderet rationem.

## STATIM

Antea vero quam multarum rerum iudicia sublata sint, et quia scitis praetereo et ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur.

Bello Italico quod fuit adulescentibus illis qui tum in re publica vigebant, cum multi Varia lege inique damnarentur, quasi id bellum illis auctoribus conflatum esset, crebraeque

1 nisi *add. ed. Ald.* 2 decrevissem *Poggius* 3 pugnauerunt Σ, *corr. Bücheler* 13 filium *PM* : . . . . . . . . . . . *S* 14 et *P* : et quo *M* : et quo tempore *S* 17 gratiam *S* : *om. PM* syllanorum *Sozomenus* . . . . . . . . . . . quod *S* : quod *PM* : etiam quod *KS* : *fort.* propterea quod 18 tot annos ut *KS* : tot annos ~~~ *P* : tota *ante* 18 *litt. lac. S* : tota annos . . . . . *M* : *fort.* tot annorum spatium quam quis *ed. Ald.* : quam qui Σ 19 resque . . . . . . . . . . . (20 *litt. S*) : residuamque apud se habebat, eius *Mommsen* 22 iudicia *PM* : . . . . . . . *S* 23 scitis $S^1P^1$ : scistis $S^2P^2M$ praeterea Σ, *corr. Manutius* et ne *S* : ut ne *PM* 25 illis *om. S*

defectiones Italicorum nuntiarentur, nanctus iustitii occasionem senatus decrevit ne iudicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur: quod decretum eorum in contionibus populi saepe agitatum erat. Supererat autem ex eis qui illa iudicia metuerant vigens tum maxime C. *Curio, pater* Curionis adulescentis eius qui bello civili Caesaris fuit partium.

## PAVLO POST

Non Cn. Dolabella C. Volcacium, honestissimum virum, communi et cotidiano iure privasset.

Duo fuerunt eo tempore *Cn.* Dolabellae, quorum alterum C. Caesar accusavit, alterum M. Scaurus.

66 Non denique homo illorum et vita et prudentia longe dissimilis, sed tamen nimis in gratificando iure liber, L. Sisenna, bonorum Cn. Corneli possessionem ex edicto suo P. Scipioni, adulescenti summa nobilitate, eximia virtute praedito, non dedisset.

Hoc solum hic adnotandum est hunc esse L. Sisennam qui res Romanas scripsit.

Qua re cum haec populus Romanus videret et cum a tribunis plebis doceretur, nisi poena accessisset in divisores, exstingui *ambitum* nullo modo posse, legem hanc Corneli flagitabat, illam quae ex

1 nanctus *KS*: non tunc Σ: ob tunc *Poggius* iustitii *Mommsen*: eius tristitiae Σ 3 eorum] eo tempore *Mommsen*: *fort.* senatorum 4 erat *SP*: . . . . . . . *M* supererant Σ, *corr. Madvig* iis *P*: his *SM* 5 metuerunt Σ, *corr. Beraldus* uigentum Σ, *corr. Madvig* Curio pater *suppl. Manutius* 10 uirum *P*: *om. SM* 11 Cn. *suppl. Bücheler* 15 liberalis *Halm* 17 non *del. Manutius* (*invita clausula. De* non *repetito cf. Mil.* 2) 21 haec *Rau*: hunc Σ: hoc *Mommsen* 22 doceretur *ed. Iunt.*: docere . . . *S*: docere$^{tur}$ . . . . . *P*: doceretur . . . . . . . *M* accessisse Σ, *corr. Poggius* 23 exstincti *S*: exstinct $P^1M^1$, *corr. Poggius*, $M^2$ ambitum *Halm*: . . . . . (7 *litt. M*) Σ ullo $SP^1$: *corr. Poggius, M*

S. C. ferebatur repudiabat, idque iure, ut docti sumus duorum consulum designatorum calamitate—

et eadem de re paulo post:

Vt spectaculum illud re et tempore salubre ac necessarium, genere *et* exemplo miserum ac funestum videremus.

P. Sullam et *P.* Autronium significat, quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus, qui cum haec Cicero dicebat coss. erant, ambitus damnarant et in eorum locum creati erant.

Quid ego nunc tibi argumentis respondeam posse fieri ut alius aliquis Cornelius sit qui habeat Philerotem servum; volgare nomen esse Philerotis, 67 Cornelios vero ita multos ut iam etiam collegium constitutum sit?

Frequenter tum etiam coetus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant: propter quod postea collegia et S. C. et pluribus legibus sunt sublata praeter pauca atque certa quae utilitas civitatis desiderasset, sicut fabrorum fictorumque.

At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam, C. Corneli, consulem mittere coegisti: qui rem *p.* salvam esse vellent, ut ad legem accipiendam adessent.

*C.* Piso qui consul eodem anno fuit quo Cornelius tribunus plebis erat, cum legem de ambitu ex S. C. graviorem quam fuerat antea ferret et propter multitudinem divisorum qui per vim adversabantur e foro eiectus esset, edixerat id

1 iure ut *Madvig*: urebus *PM*: & rebus *S*: uir is π *in mg.*: *fort.* e re p. ut doctissimus Σ, *corr. Madvig* 4 illud] duorum designatorum consulum calamitatis *add.* Σ, *del. Madvig* 5 et *add. Manutius* 7 P. *add. Manutius* Antronium *SP*: Atronium *M. corr. Manutius* 11 aliqui *S* 12 servum *Madvig*: res Σ: scis *Gronovius* 13 Cornelius Σ, *corr. ed. Ald.* 15 frequentes *Poggius* 17 et S. C. *KS*: a S. C. *SM*: S. C. *P* 19 sicut *scripsi*: quasi ut Σ: qualia sunt *Mommsen* fictorumque *Manutius* (*cf. Plin. N. H.* xxxv. 159): lictorumque Σ: liticinumque *Mommsen* 21 Cornelio Σ, *corr. Manutius* 22 rem p. *ed. Ald.*: rem Σ legem] rem *S*

quod Cicero significat, et maiore manu stipatus ad legem perferendam descenderat.

Plebem ex Maniliana offensione victam et domitam esse dicit:

Aiunt vestros animos propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci ut omnino *nomi*ne illius potestatis abalienentur; qui restituerunt eam potestatem, alterum nihil unum posse contra multos, alterum longe abesse?

Manifestum puto esse vobis M. Crassum et Cn. Pompeium significari, e quibus Crassus iudex tum sedebat in Cornelium, Pompeius in Asia bellum Mithridaticum gerebat.

Tanta igitur in illis virtus fuit ut anno XVI post reges exactos propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi sibi resti-
68 tuerent, duo tribunos crearent, montem illum trans Anienem qui hodie Mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, aeternae memoriae causa consecrarent. Itaque auspicato postero anno tr. pl. comitiis curiatis creati sunt.

Inducor magis librariorum hoc loco esse mendam quam ut Ciceronem parum proprio verbo usum esse credam. Illo enim tempore de quo loquitur, quod fuit post XVI annos quam reges exacti sunt, plebs sibi leges sacratas non restituit—numquam enim tribunos plebis habuerat—sed tum primum eas constituit. Numerum quidem annorum post reges exactos cum id factum est diligenter posuit, isque fuit A. Verginio Tricosto L. Veturio Cicurino coss. Ceterum

5 aiunt *Madvig*: ante Σ: *fort.* putant annos Σ, *corr. Patricius* 6 omnino . . . . . . . ne Σ, *supplevi*: omnino a defensione *Mommsen* 7 potestate abalienemur Σ, *corr. Madvig* 10 nobis *S* 11 e quibus *P*: equitibus *SM* 15 ipsis sibi *SP*: sibi ipsis *M*, *corr. Manutius*

16 duo *SP*[1]: duos *Poggius*, *M* 17 anienen trans *P* 20 anno *S*: anno x *PM*: anno v *Rau* 23 de *S*: *om. PM* 26 eos Σ, *corr. Manutius* annorum Σ: anni *Mommsen* 27 cum *scripsi*: quam Σ: quo *Manutius* posuit isque *Madvig*: posuistis qui (q̃ *S*) *SP*[1]: posuit is qui. π, *M* 28 L. Vetrurio Σ, *corr. Baiter* (*cf. Liv.* ii. 28) citurino *S*: cerurino *P*: crcurino *M*, *corr. Manutius*

quidam non duo tr. pl., ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos tum esse singulos ex singulis classibus. Sunt tamen qui eundem illum duorum numerum quem Cicero ponant: inter quos Tuditanus et Pomponius Atticus, Livius quoque noster. Idem hic et Tuditanus adiciunt tres praeterea ab illis duobus qui collegae *essent lege* creatos esse. Nomina duorum qui primi creati sunt haec traduntur: L. Sicinius L. f. Velutus, L. Albinius C. f. Paterculus.

Reliqua pars huius loci quae pertinet ad secundam constitutionem tribunorum et decemvirorum finitum imperium et breviter et aperte ab ipso dicitur. Nomina sola non adicit quis ille ex decemviris fuerit qui contra libertatem vindicias dederit, et quis ille pater contra cuius filiam id decrevit; scilicet quod notissimum est decemvirum illum Appium Claudium fuisse, patrem autem virginis L. Verginium. Vnum hoc tantum modo explicandum, quo loco primum de secunda secessione plebis, dehinc concordia facta, sic dicit:

Tum interposita fide per tris legatos amplissimos 69
viros Romam armati revertuntur. In Aventino consederunt; inde armati in Capitolium venerunt; decem tr. pl. *per* pontificem, quod magistratus nullus erat, creaverunt.

Legati tres quorum nomina non ponit hi fuerunt: Sp. Tarpeius, C. Iulius, P. Sulpicius, omnes consulares; pontifex max. fuit M. Papirius.

1 quidem Σ, *corr. Beraldus* 4 duos *S* tudianus *SP*: tuclitanus *M*, *corr. Manutius* (*ita mox*) Liuius quoque *SM*: Liuiusque *P* 6 qui collegae essent *scripsi*: qui (que *M*) collegae *SM*: collegas *P*: sibi collegas *KS* lege *supplevit Purser* 7 sicinius *P*: sicinus *SM* (Licinius *Liv.* ii. 33) 8 Bellutus *Manutius* L. Albinius (-nus) *Liv.*: labinius (lib- *S*) *SM*: lauinius *P* patriculus Σ, *corr.* ς, *ed. Iunt.* 12 qui *S*: *om. PM* 13 uindictae Σ, *corr. Beraldus* quis ill$\overset{e}{i}$uṣ ẹ pater *P* (*corr. m.* 1) filiam *P*: filium *SM* 15 patrem autem *P*: autem patrem *SM* uirginium Σ, *corr. KS* 16 explicanda *SP*[1], *corr. Poggius, M* 21 capitolio Σ, *corr. Beraldus* 22 per *add. Manutius* 24 hi Σ: ii *Poggius* Sp. *Manutius* (*e Liv.* iii. 50): P. Σ

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES ST. MICHAEL'S COLLEGE LIBRARY

Etiam haec recentiora praetereo: Porciam principium iustissimae libertatis; Cassiam qua lege suffragiorum ius potestasque convaluit; alteram Cassiam quae populi iudicia firmavit.

Quae sit illa lex Cassia qua suffragiorum potestas convaluit manifestum est; nam ipse quoque paulo ante dixit legem Cassium tulisse ut populus per tabellam suffragium ferret. Altera Cassia lex quae populi iudicia firmavit quae sit potest quaeri. Est autem haec: L. Cassius L. f. Longinus tribunus plebis C. Mario C. Flavio coss. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam ut quem populus damnasset cuive imperium abrogasset in senatu ne esset. Tulerat autem eam maxime propter simultates cum Q. Servilio qui ante biennium consul fuerat et cui populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, imperium abrogavit.

Dicit de nobilibus:

Qui non modo cum Sulla verum etiam illo mortuo semper hoc per se summis opibus retinendum putaverunt, inimicissimi C. Cottae fuerunt, quod is consul paulum tribunis plebis non potestatis sed dignitatis addidit.

Hic Cotta, ut puto *vos reminisci*, legem tulit ut tribunis
70 plebis liceret postea alios magistratus capere: quod lege Sullae eis erat ademptum.

Quam diu quidem hoc animo erga vos illa plebs erit quo se ostendit esse, cum legem Aureliam, cum Rosciam non modo accepit sed etiam efflagitavit.

Aurelia lege communicata esse iudicia inter senatores et equestrem ordinem et tribunos aerarios †quam L. Roscius

1 praeterea Σ, *corr. Manutius* Porciam (-tiam) *SM*: ponam *P* 2–4 qua . . . Cassiam *om. S* 3 ius *P*: uis *M* 5 sit *Manutius*: est Σ 10 C. Flavio *Sigonius*: C. (*om.* C. *S*) flacco Σ 14 Servilio *Sigonius*. cecilio Σ 16 imperium *hoc loco hab. P, post* abrog. *M*: *om. S* 17 DICIT DE NOBILIBVS *P in mg.*: *om. M* 23 vos reminisci *suppl. KS* 25 iis *P*: his *SM* 30 aerarios quam Σ: *fort.* aerarios diximus. Roscia est qua (*sic fere Sigonius*)

Otho biennio ante confirmavit, in theatro ut equitibus Romanis XIIII ordines spectandi gratia darentur.

Memoria teneo, cum primum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, hominem dis ac nobilitati perinvisum Cn. Pompeium causam lege Varia de maiestate dixisse.

M. Plautius Silvanus tribunus plebis Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Catone coss., secundo anno belli Italici cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit adiuvantibus nobilibus ; quae lex vim eam habuit quam Cicero significat : nam ex ea lege tribus singulae ex suo numero quinos denos suffragio creabant qui eo anno iudicarent. Ex eo factum est ut senatores quoque in eo numero essent, et quidam etiam ex ipsa plebe.

## *PRO CORNELIO*

Num in eo qui sint hi testes haesitatis? Ego vobis edam. Duo reliqui sunt de consularibus, inimici tribuniciae potestatis. Pauci praeterea adsentatores eorum atque adseculae subsequuntur.

M. Lucullum et M'. Lepidum significat. Quinque enim consulares, ut iam diximus, in Cornelium testimonium dixerunt : Q. Catulus, Q. Hortensius, Q. Metellus Pius pont. max., quos hac secunda oratione tractat, et duo qui non*dum* 71
dixerant quos nunc significat Lucullus et Lepidus.

Quid? avunculus tuus clarissimus vir, clarissimo patre avo maioribus, credo, silentio, favente nobili-

1 cons. (cos. *P*) firmavit Σ, *corr. Sigonius* 4 hominem *PM* : homines *S* 5 perinusum *SM* 7 syllanus Σ, *corr. Manutius* Pompeio *P* : pompeius *SM* 9 ordo ct in *M* 11 ex eo Σ, *corr. Patricius* 13 factum $S^2P$ : facto $S^1M$ 15 PRO CORNELIO *SP* : *om. M* Secunda Oratio *add. Poggius* 19 senatores (senta- *M*) Σ, *corr. Poggius* 20 M'. *Manutius* : M. Σ 23 non dixerunt Σ, *corr. Rau*

tate, nullo intercessore comparato populo Romano dedit et potentissimorum hominum conlegiis eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem.

Hoc egere enarratione, quia hoc loco nomen non ponit quis fecerit, ei demum videri potest qui oblitus sit minus ante xx versus haec *de* eo ipso Ciceronem dixisse:

Sed si familiariter ex Q. Catulo sapientissimo viro atque humanissimo velim quaerere: utrius tandem tibi tribunatus minus probari potest, C. Corneli, an—non dicam P. Sulpici, non L. Saturnini, non Gai Gracchi, non Tiberi, neminem quem isti seditiosum existimant nominabo, sed avunculi tui, Q. Catule, clarissimi patriaeque amantissimi viri? quid mihi tandem responsurum putatis?

## SEQVITVR

Quid? idem Domitius M. Silanum, consularem hominem, quem ad modum tr. pl. vexavit?

M. Silanus quinquennio ante consul fuerat quam Domitius tr. pl. esset, atque ipse quoque adversus Cimbros rem male gesserat: quam ob causam Domitius eum apud populum accusavit. Criminabatur rem cum Cimbris iniussu populi gessisse, idque principium fuisse calamitatum quas eo bello populus accepisset; ac de eo tabellam quoque edidit. Sed plenissime Silanus absolutus est; nam duae solae tribus eum, Sergia et Quirina, damnaverunt.

1 populo Romano dedit *Manutius* : proderit Σ  4 quia] qui *S*  5 ante minus *KS*  6 de *add. ed. Ald.*  Cicerone *S*  7 ex] et *P*[1]  Catulo *om. P*[1]  11 nominem *S*  13 Catuli Σ, *corr. Patricius*  patriaeque *Manutius* : atque Σ  14 quid *P* : qui *SM*  15 *continuant prioribus SM*  16 quod Σ, *corr. ed. Ald.*  Domitium *S*  syllanum (syla- *P*) Σ, *corr. Manutius* (*ita mox*)  19 esset *S* : *om. PM*  21 accusauit *S* : accusabat *PM*  criminabat Σ, *corr. ed. Ven.*  rem cum *Stangl* : eum cum Σ : eum bellum *Manutius* : eum bellum cum *Bücheler*  23 dedit *Manutius*

Haec est controversia eius modi ut mihi *probe-* 72
*tur* tr. pl. Cn. Domitius, Catulo M. Terpolius.

Contemptissimum nomen electum esse ex eis qui tr. pl. fuerant post infractam tribuniciam potestatem *a* Sulla, ante restitutam a Cn. Pompeio apparet. Fuit autem is tr. pl. ante XII annos D. Bruto et Mam. Lepido coss.; Cn. Domitius tribunus fuerat ante II de XL annos C. Mario II C. Fimbria coss.

Magno numero sententiarum Cornelius absolutus est.

1 mihi (m *S*) . . . . . . Σ, *suppl. Madvig* 2 Turpilius *Pighius* 3-4 contemptissimum . . . fuerant *Asconio reddiderunt KS* 3 electum *Madvig*: eiectum (iect- *S*) Σ iis *P*: his *SM* 4 fuerunt Σ, *corr. KS* a Sulla *Manutius*: Sylle Σ 6 et *del. KS* Mam. *Sigonius*: M. Σ 7 an *S* de XL *Manutius*: et XL Σ 8 C. *ed. Iunt.*: cons. *S*: coss. *P*: cos. *M*

# 73 *KS* IN SENATV IN TOGA CANDIDA CONTRA C. ANTONIVM ET L. CATILINAM COMPETITORES

Haec oratio dicta est L. Caesare C. Figulo coss. post annum quam pro Cornelio dixerat.

## *ARGVMENTVM*

Sex competitores in consulatus petitione Cicero habuit, duos patricios, P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam; quattuor plebeios ex quibus duos nobiles, C. Antonium, M. Antoni oratoris filium, L. Cassium Longinum, duos qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium et C. Licinium Sacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus equestri erat loco natus; atque in petitione patrem amisit. Ceteri eius competitores modeste se gessere, visique sunt Q. Cornificius et Galba sobrii *ac* sancti viri, Sacerdos nulla improbitate notus; Cassius quamvis stolidus tum magis quam improbus videretur, post paucos menses in coniuratione Catilinae esse eum apparuit ac cruentissimarum sententiarum fuisse auctorem. Itaque hi quattuor prope iacebant. Catilina autem et Antonius,

*Tit.* TOGA *ex* STOLA *P* (*Inscriptionem om. M*) 3 ARGVMENTVM *add. hoc loco Baiter*: *ante* Haec oratio *ed. Ald.* 6 duos *Sigonius*: duo Σ 8 tantum *Manutius*: tamen Σ 12 ṣuisique *P* sobrii π, *M*: sonii *SP*[1] ac *add. Beraldus* 13 sacerdotis *S* quamvis *Bücheler*: qui ineius *SP*·: qui iners *Poggius*, *M*: qui iners ac *ed. Iunt.*, *Baiter* 14 magister *S* post *Manutius*: sed (set *S*) Σ 15 eum esse *P* 16 itaque] atque *Bücheler* 17 prope *Rau*: pro re Σ: *fort.* per se tacebant *S*[1].

quamquam omnium maxime infamis eorum vita esset, 74
tamen multum poterant. Coierant enim ambo ut Ciceronem consulatu deicerent, adiutoribus usi firmissimis M. Crasso et C. Caesare. Itaque haec oratio contra solos Catilinam et Antonium est. Causa orationis huius modi in senatu habendae Ciceroni fuit quod, cum in dies licentia ambitus augeretur propter praecipuam Catilinae et Antoni audaciam, censuerat senatus ut lex ambitus aucta etiam cum poena ferretur; eique rei Q. Mucius Orestinus tr. pl. intercesserat. Tum Cicero graviter senatu intercessionem ferente surrexit atque in coitionem Catilinae et Antoni invectus est ante dies comitiorum paucos.

## *ENARRATIO*

Dico, P. C., superiore nocte cuiusdam hominis nobilis et valde in hoc largitionis quaestu noti et cogniti domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse.

Aut C. Caesaris aut M. Crassi domum significat. Ei enim acerrimi ac potentissimi fuerunt Ciceronis refragatores cum petiit consulatum, quod eius in dies civilem crescere dignitatem animadvertebant: et hoc ipse Cicero in expositione consiliorum suorum significat; eius quoque coniurationis quae Cotta et Torquato coss. ante annum quam haec dicerentur facta est a Catilina et Pisone arguit M. Crassum auctorem fuisse.

Quem enim aut amicum habere potest is qui tot

1 omnium *KS* : ōm *SM* : omnibus *P*   eorum *om. S*   2 plu multum *P* : multum *M* : . . . . . . . tum *S*   ambo ut *PM* : . . . . . . . . . *S*   5 in *P* : *om. SM*   6 habente *S*   7 propter *Poggius, M* : praeter *SP*[1]   et *om. S*[1]   9 eique *Manutius* : et (ei *P*) quoque Σ   11 contionem Σ, *corr. Manutius*   13 *add. Hotoman*   15 noti] docti *Halm*   18 ei *Bücheler* : et Σ   19 ac *SP* : et *M*   20 petit Σ, *corr.* π   21 ad animadvertebant *P*   22 suorum consiliorum *P*   eius *Poggius, M* : sexus *SP*[1]   23 cocta Σ, *corr. ed. V*   24 pisonem *S*   26 habere potest *PM* : potest habere *S*

civis trucidavit, aut *clientem* qui in sua civitate cum peregrino negavit se iudicio aequo certare posse?

**75** *Dicitur* Catilina, cum in Sullanis partibus fuisset, crudeliter fecisse. Nominatim etiam postea Cicero dicit quos occiderit, Q. Caecilium, M. Volumnium, L. Tanusium. M. etiam Mari Gratidiani summe popularis hominis, qui ob id bis praetor fuit, caput abscisum per urbem sua manu Catilina tulerat: quod crimen saepius ei tota oratione obicit. Fuerat vero hic Gratidianus arta necessitudine Ciceroni coniunctus.

Clientem autem negavit habere posse C. Antonium: nam is multos in Achaia spoliaverat nactus de exercitu Sullano equitum turmas. Deinde Graeci qui spoliati erant eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum praetorem qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Graecis *C. Caesar* etiam tum adulescentulus, de quo paulo ante mentionem fecimus; et cum Lucullus id quod Graeci postulabant decrevisset, appellavit tribunos Antonius iuravitque se ideo eiurare quod aequo iure uti non posset. Hunc Antonium Gellius et Lentulus censores sexennio quo haec dicerentur senatu moverunt titulosque subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium recusarit, quod propter aeris alieni magnitudinem praedia mancipatit bonaque sua in potestate non habeat.

